Amplius autẽ de ꝓpetatib⁹ ſubi ſcibilis affir matiuis eſt ingrenduz: que ſunt ſeptez. Prima ꝙ ſubiectuz ſcibile eſt definibile: hec probatur. De finitio ſubiecti eſt medium ad concludendũ paſ ſionez de ſubiecto. ¶ Et ſi dicas ꝙ definitio ſub iecti reſpectu paſſionis demõſtrabilis de ipſo ha bet cauſalitatem effectiuam ⁊ non formalez. De finitio autem paſſionis habet cauſalitatez forma lem: potiſſima autem demõſtratio debet dari per medium quod habet rationem cauſe formalis: et non efficientis. ergo definitio paſſionis que ha bet rationem cauſe formalis erit potius medium ꝙ̃ definitio ſubti: que habet rationem cauſe effi cientis. ¶ Hic dicitur ꝙ definitio paſſionis non poteſt eſſe medium in demonſtratiõe: quia quot ſunt paſſiones tot ſunt definitiões: ⁊ per cõſequẽs tot media in vna ſcientia: qđ eſt impoſſibile: q: in vnica ſcientia nõ eſt niſi vnicum medium ad con cludendum omnes paſſiones de ſubiecto. Augen tur inquit Ariſtote. demonſtrationes non per me dia: ſed in latus. Tum ſecundo: quia defi. paſſiõis non continet virtualiter notitiaz totius habitus: quia non notitiam ſubiecti: nec paſſionis diſpera te. Tum etiaz: quia dependet a ſubiecto: ſicut paſ ſio ⁊ ſicut quantum ad entitatem ſic quantum ad intellectum. ¶ Forte dices: ꝙ nõ eſſet neceſſariũ ꝙ ſubiectuz ſit definibile: ſed ſufficit ꝙ ſit habẽs quiditatem: lz nõ definitionez: ⁊ de habente qui ditatem demonſtrabitur paſſio per ipſaz quidita tem tanquã per mediuz. Sed iſtud non impedit: quia per habens quiditatem non itelligo niſi defi nitũ: ⁊ per ipſam quiditatẽ niſi definitionẽ.

Secunda ꝓpetas affir^{ua} eſt iſta: ꝙ ſubm eſt cãtũ: cauſatũ dico cauſis itriſecis ad hoc ꝙ definitũ cõſtituatur ex partibus defini tionis. quarum vna eſt determinabilis: alia deter minans. Ex quibus fit per ſe vnum perſeitate pri mi modi. Ex hoc ſequitur ꝙ ſubiectum ſcibile eſt reſolubile. Q: reſoluit̃ in illa ex qbus ꝯſtituit̃.

Contra doctorẽ arguo: q: hec ſe cunda ꝓpetas eſt prima. ſi cauſatum eſt definibile eſt cauſarum intrin ſecc.

Tertia ꝓpetas affir^{ua} eſt ꝙ ſubz ſcibile ẽ ꝑus paſſiõe ſci^{li}: ⁊ hoc triplici ꝑmitate. ſ. origis ꝑfectiõis ⁊ noti^{e} ſeu cognitiõis: de ꝑma ⁊ ſe cunda eſt manifeſtum: quia ſubiectum eſt ꝑus ori gine ⁊ perfectiõe paſſione tam relatiua ꝙ̃ abſolu ta. de tertia probatur: quia ſubiectum eſt illud qđ ꝑmo occurrit in ſciẽtia. ſecundo: quia eſt cauſa no titie paſſionis: quia ſicut continet eam quantũ ad entitatem: ſic quantuz ad intelligibilitatem ⁊ no titiam. ¶ Sed hic oritur vnum dubium: quia nõ videtur ꝙ contineat paſſionem quantum ad noti tiam incomplexaz: quia tunc eadem ratione qua notitiam vnius: ⁊ alterius ⁊ oĩum. Et ſic ſequeret̃ ꝙ notitia de roſa accepta per ſenſum aliquem: ſi cut per viſuz poſſent cognoſci oẽs paſſiones roſe. ¶ Et vlterius ſequeret̃ ꝙ aliqs nõ habẽs olfatũ poſſet habere cognitionẽ ꝺ odore roſe. Ex quo co gnoſceret ſubam roſe que ꝯtinet per te v̾tualr̃ no titiã illius paſſiõis. Iſtud ꝯñs eſt impoſſe ſm Ari. ꝑmo poſte. vbi dicit: ꝙ deficiẽte aliquo ſenſu defi cit ſcia ſm illũ ſenſum. alr̃. cecus poſſet hr̃e ſciam de coloribus. Scđo ẽt ꝓbat̃: q: ſubm nõ ꝯtinet no titiã paſſiõis: q: ſunt multe paſſiões relatiue: que cogſci nõ pñt niſi cognit̃ termĩs: no^{a} aũt termioꝝ nõ ꝯtinet̃ v̾tualr̃ in ſubo. Palã igit̃ ꝙ nõ no^{a} taliũ paſſionũ. ¶ Ad iſta põt dici. ad ꝑmũ: ꝙ veꝝ eſt ꝙ ſubm ꝯtinet v̾tualiter no^{em} incõplexã oĩum paſſio num. iõ hñs ꝯceptũ diſtinctũ ꝓpriũ ⁊ qditatiuum de roſa põt hẽre ꝯceptuz incõplexũ oĩum ꝑ ſe paſ ſionũ: ſz ꝯceptus de roſa acceptus per viſuz nõ eſt ꝯceptus ꝓprius ⁊ qditatiuus roſe: q: accñia roſe: ſi cut color ⁊ qñtitas nõ poſſunt ꝯceptum cauſare de roſa: cum nõ ꝯtineant eam: nec v̾tualiter: nec etiã formalr̃: ſed tñ cauſant ꝯceptum cõem ⁊ indiſtin ctũ. Et iõ nõ opz ꝙ per talẽ ꝯceptum de roſa acce ptum per viſum poſſit carens olfatu hẽre notitiã de odore: dr̃ ẽt ꝙ nõ eſt per ſe paſſio roſe: ſz per ac cidens: ſed odorabilitas: ſubiectũ etiam nõ conti net notitiã paſſionis per accidens: ſed paſſionis ꝑ ſe. ¶ Ad ſecundũ poteſt dici ꝙ per ſe paſſiões re latiue poſſunt cognoſci abſqz hoc quod cognoſcã tur eaꝝ termini: ſicut pñt vt ferẽ ꝑ ſe exiſtere ſine termĩs: ita etiã cognoſci: ſicut mobilitas mobilis poteſt cognoſci ſine motore ⁊ motu: de hoc tamen alias prolixius fiet ſermo. ¶ Secundũ dubium orit̃. ſi ſubm cõtinet paſſionem quantũ ad inheren tiam paſſionis ad ſubm: quia aliquibus viſum eſt ꝙ non: ſed ipſamet paſſio eſt cauſa inherẽtie eius ad ſubiectũ. Sicut fundamẽtũ eſt cauſa relatiõis ei⁹ quẽ fundat ad terminũ. ¶ Ad iſtud dr̃ ꝙ ſub iectum cõtinet illam inherentiã vel mediate vel imediate: quia ſicut ſubiectum eſt cauſa imedia ta paſſionis: ſic ⁊ cauſa mediata inherentie paſſio nis ad ſubiectum.

Quarta ꝓprietas affirmatiua eſt ꝙ ſubz ſci bile ẽ poſteri⁹ ex natura rei medio:

lȝ ſit prius predicato in concluſione. ratio: quia totum eſt poſterius partibus: ⁊ magis proprie conſtitutum conſtituentibus: ⁊ definitum definitõe: ſed de prioritate ⁊ poſterioritate cognitiõis q̄d ſit ꝑus ſaltem notum cognitiõe confuſa conſtitutũȝ vel ꝯſtituẽtia. Definitũ vel pricipia definitiua ꝓ nunc ſub dubio relinquat̃: q2 de hoc poſterius in ſecundo metaphyſice erit ſermo.

Quinta proprietas ſubiecti ſcibilis ſit q̄ q̄ditas ſcibilis eſt in ſubto ſcibili. hec ꝓbatur: q2 eſt eius ꝓpria paſſio cõuertibilis cũȝ eo ⁊ per ſe ſecũdo modo p̄dicabilis de eo: ⁊ per conſequẽs neceſſario. Nec ſubiectũ reperiri põt ſine propria paſſione. nã ſubm eſt cauſa nõ tm̃ paſſiõiſ: ſed inherent' paſſionis ad ſubm. Et nõ tm̃ in cognoſci: ſed etiã in entitate. ¶ Dices per rõnẽ ſolis demõſtrabile eſt de ſole q̄ ſit calidus: ⁊ tamẽ in eo non eſt caliditas formaliter: põt dici q̄ ſolẽ eſſe calefactiuũȝ eſt demonſtrabile ⁊ nõ calidũ. Uirtus aũt calefactiua eſt in ſole formaliter.

Sexta proprietas affirmatiua ſubti eſt iſta: q̄ q̄ditas ſcibilis de ſubto eſt idem realiter cũ ſubto: hoc probat̃: q2 eſt oĩo iſeparabilis a ſubto ⁊ neceſſario ieſt: nec põt nõ ineẽ: cũ per ſe iſit: alias cõcluſio demonſtratiõis poſſet eẽ falſa: cum tamẽ habeat neceſſitatẽ oppoſitã falſitati vt ꝑus fuit dcm̃. Tum etiã: q2 p̄dicatũ q̄d ineſt alicui ſubiecto ſiue ſubm exiſtat ſiue nõ exiſtat vi' eſſe idȝ cũȝ ſubto illo quãdo actualiter exiſtit. ſic eſt de ꝓpria paſſiõe ſcibili. ¶ Sȝ dices q̄ paſſiões eleꝫ ſunt realiter diſtincte ab eletis cũ ſint intenſibiles ⁊ remiſſibiles ⁊ forte ab eletis ſeparabiles. Põt dici q̄ nõ ſunt proprie paſſiones elementoꝝ: ſed hũ ſunt accñtia iſeparabilia per naturam a ſubis.

Tenẽt thomiſte paſſiões realiter diſtingui. inſeparabilit as. n. non ꝯcludit idẽtitatẽ realem.

Septima proprietas affirmatiua ſubi ſcibilis ſit iſta: q̄ quiditas ſcibilis de ſubiecto eſt formaliter: ⁊ ex natura rei a ſubiecto diſtincta. Sicut mobilitas a mobili. Tuȝ q2 ſunt ꝯtenta ſub diuerſis p̄dicamẽtis. ḡ diſtinguunt̃ ſecundũ ſuas rõnes formales ⁊ quiditatiuas. Tum ſecũdo: q2 nihil demonſtrat̃ de ſeipo omnino idẽ. Tum q2 magis diſtinguit̃ paſſio a ſubiecto q̄ʒ medium a ſubto. Et tamen ibi eſt aliqua nõ idẽtitas. Tum etiã: q2 ſi eẽnt idȝ formaliter q̄d per ſe primo diceret̃ de vno ⁊ de alio. ¶ Sed dices. nunq̄d põt haberi de eodẽ oĩbus modis idem conceptus q̄ditatiuus ⁊ conceptus denominatiuus de ſeipo. ¶ Reſpõdeo q̄ in demonſtratione cuilibet conceptui ſiue complexo ſiue incomplexo correſpondet aliq̄d ex natura rei: aliaſ eſſent fictitij: nec per tales aliquid rei conciperetur: aut igit̃ idẽ: ⁊ tunc ſynonimi: aut nõ idem vel diſtincti: ⁊ tunc propoſitum. naȝ ſi cõceptui definitionis ⁊ partium definitionis ⁊ definiti nõ correſpondet omnibus modis idem ex parte obiecti: ſed aliquid diſtinctum. ergo ⁊ cõceptui q̄ditatiuo ſube ⁊ q̄litatiuo paſſionis ex parte obiecti correſpondet aliq̄d diſtinctũ. Sed tu cõcedis q̄ alicui per ſe paſſiõi ſubm ſcibilis neceſſario conuenit nõ eẽ idẽ formaliter ⁊ quiditatiue cũ ſubto. ergo pari rõne quelibet paſſio demonſtrabilis de ſubiecto erit non idȝ illi aliqua non identitate ex natura rei.

Scdm̃ Scotum paſſio reducitur ad p̄dicamentuȝ ſubiecti: alij paſſiones ponũt in ſecunda ſpẽ qualitatis.

Sed quia frequenter fit hic mẽtio de ſubiecto ſci[b] videndũ eſt in quo differunt ſubm ſcie ⁊ notitie ⁊ itellectus. ¶ Põt dici q̄ ſubiectũ paſſionis in concluſione demonſtrata eſt ſubiectum ꝓprie ſcibile habens omnes proprietates tam affirmatiuas q̄ʒ etiã negatiuas ſubiecti ſcibilis: q2 eſt ſubm definibile conſtitutũȝ ex pluribus diſtinctis ex natura rei conſtituentibus ipſum: ⁊ prioribus ipſo per ſe incluſis in eo perſeitate primi modi. ¶ Sed quid itelligis per ſubiectũȝ notitie: dr̃ q̄ ſubm cui imediate ineſt aliqua per ſe paſſio perſeitate ſecundi modi: que non poteſt demonſtrari de ipſo a priori ſubiecto ⁊ predicato: q2 tale ſubiectũ eſt quiditas omnino ſimpliciter ſimplex: nec definibilis: nec reſolubilis i aliqua priora conſtituentia ipſum. quoꝝ vnũȝ ſit determinabile: ⁊ aliud determinanſ. Sic diſtinguit̃ ſubm notitie: quod vocatur ſubiectum per ſe paſſionis imediate in tali ſubiecto formaliter inexiſtentis. Tales aũt quiditates ſimpliciter ſimplices habẽtes per ſe paſſiones de ſecũdo modo: etiã eſt verũ ⁊ neceſſariũ ſicut poſterius oſtẽdet̃. ¶ Sȝ quid itelligis per ſubm itellectuſ: per ſubm itellectus itelligit̃ ſubm ṗncipioꝝ: q2 ſicut ſciã eſt ꝯcluſionum: ita ⁊ intellectus eſt ṗncipioꝝ. ſubm igitur maioris vel minoris in qua ſubijcitur definitum ⁊ defi.º predicat̃: vel pars definitionis dr̃ ſubm intellectus: q2 habitus ex pluribus actib' factus de talibus ṗncipijs dr̃ intellectus. Et quia iſta ars dicitur vl̃is ⁊ tranſcendens: ad ipſam pertinet tractare de cõmuniſſimis: ⁊ per cõſequens de ꝓprietatibus ſubti ſci[lis] in vl̃i que per ſe ſibi inſunt: ⁊ oĩ ſubto ſcibili. ⁊ ideo itellectus q̄ eſt ſemper inq̄ſitiuus poterit facilr̃ oẽs p̄dictas ꝓprietates ad ſuũȝ propoſitũ applicare: ⁊ cũ inquiret de ſubto metaphyſice ⁊ naturalis phie: ⁊ cuiuſlibȝ alterius ſcie: videat diligenter ſi aliqua de predictis proprietatibus ſibi repugnet: quia ⁊ ſi ſic: ⁊ illud quod aſſignabat̃ pro ſubto illius ſcientie iam nõ eſt ſubm. Si aũt omnes ſibi conueniunt ſcias illud eſſe ſubiectum. Poteris etiã videre faciliter: ſi ſubiectũȝ quod eſt aſſignatũ ſibi ſit ſubiectuȝ ſcibile vel nõ: imo ſit ſubm no'imediate: vel ſubiectũ itellectuſ: nec oportebit te reuoluere m̃ltos libros: q2 q̄d tu queris poteris faciliter iuenire.

¶ De primo ſubiecto. Cap. IIII.

Adhuc aũt dicto de ſubiecto in vniuerſali: De p̄mo ſubto ⁊ hoc in vniuerſali: ſicut ars iſta requirit eſt inquirendum. Et p̄ino inq̄remus de primo ſubiecto nature: poſterius aut de p̄mo ſubiecto ſcientie. De p̄mo ſubiecto nature dicunt̃ iſta. Primũ q̄ neceſſarium eſt dare primuȝ ſubiectũ nature: hoc ꝓbatur: q2 alias eſſet proceſſus in ĩfinitũ in ſubtis. Secũdo: q2 aliquid ſic eſt ſubiectũ q̄ eſt in ſubiecto: aliquid eſt ſic in ſubiecto q̄ nullius eſt ſubiectuȝ. ergo aliq̄d ſic eſt ſubiectum q̄ nunquã eſt in ſubiecto. Illud autem eſt p̄mũ ſubm. Tum 3.º q2 in ordine eſſentiali eſt deuenire ad vnũ p̄mũ. ergo in ordine eẽntiali dependentie ad ſubiectum. ¶ Secundũ dictum eſt q̄ eſt dare aliquod ſubiectum in natura p̄mitate adequationis reſpectu alicuius paſſiõis: ſicut riſibilitas eſt in hũanitate tãq̄ʒ in p̄mo ſubto ⁊ adequato: ſicut Ar. accipit p̄.º poſter. p̄m eſt. illud cui p̄ ſe ⁊ p̄.º ieſt: ⁊ per rõnẽ eius oĩb' alijs. Et q̄ ſibi ineſt iquantũ tale. ¶ Tertiũ dcm̃ q̄ eſt aliqua paſſio: cuius non eſt dare primũ ſubȝ nature p̄mi/

Siſte rõ ⁊ ſiſte modus arguẽdi habet. 8. phy. 36 ⁊ 37. ⁊ 12. metaphyſice. 35.

tate adequationis. Jta q̄ p̄mo ſibi inſit ꝛ conuertibiliter: ꝛ per rõnem eius oĩbus alijs: ſicut eſt vnitas ꝛ plures alie paſſiones entis: ſicut īferius dicetur qñ de paſſiõibus entis fiet ſermo.

Nunc de p̄mo ſubto ſcie eſt inquirendũ ſi eſt dare p̄muȝ ſubm in ſcientijs. De quo ſit iſta p̄ma cõcluſio: q̄ in genere ſcientiarum eſt dare vnũ p̄mũ ſubm: ratio huius dicti eſt iſta. Quoniã ſcdm ordinẽ ſcientiarũ eſt ordo ſubiectorum in ſcientijs. Eſt aũt ordo in ſciẽtijs: quoniam metaphyſica eſt prior oĩbus alijs: vt in principio huius libri dcm̄ fuit: ꝛ magis poſterius inquiretur. ergo opꝫ ſubm ſcientie metaphyſice eſſe primum ſubm oĩum primitate origĩs ꝛ nature: cũ ſit per ſe p̄ncipium intrinſecũ cuiuſlibet ſubiecti ſcibilis alterius ſciẽtie. Quid aũt ſit illud in vltimo tractatu huius libri oſtendemus. ❡ Secũda concluſio ſit iſta: q̄ in genere ſcientiarũ eſt dare vnuȝ primũ ſubm p̄mitate perfectionis: qꝛ eſt dare vnã ſcientiaȝ primã primitate perfectionis: habet aũt ſciẽtia huiuſmodi primitatẽ a ſubiecto. ergo eius ſubm erit primũ p̄mitate perfectionis. Que auteȝ ſit illa ſcientia: dr̃ q̄ eſt illa in qua p̄ma ītelligẽtia ponitur pro ſubto. Eſt enim p̄ma ītelligentia hac primitate p̄ma: cum ſit perfectionis īfinite ꝛ menſura oĩum perfectionum. ❡ Tertia concluſio: q̄ in qualibet ſcientia eſt dare vnum p̄mũ ſubm primitate adequationis. ſ. cui per ſe ꝛ p̄mo īeſt paſſio ꝛ cõuertibilr̃: ꝛ per rõnem eius oĩbus partibꝰ ſubiectiuis: ſed nõ eſt dare vnum ſubm p̄mũ p̄mitate perfectionis in qualibet ſcientia: qꝛ partes ſubiectiue p̄mi ſubiecti p̄mitate adequatiõis ſunt eque p̄me p̄mitate perfectionis: cum poſſint plures tales partes eſſe equales perfectione: ſicut ſi de homine eſſet ſciẽtia homo eſt p̄mum ſubiectum primitate adequationis: nullũ tamen ſubm eſſet primum in illa ſciẽtia p̄mitate perfectionis: qꝛ lȝ ſor. ꝛ plato ꝛ alij ſingulares homĩes poſſent dici ſubm in illa tanquã partes ſubiectiue: nullus tamẽ corꝫ eſſet p̄mũ ſubm p̄mitate perfectionis: qꝛ inter īdiuidua eiuſdem rõnis nõ eſt ordo eſſentialis perfectionis. Si tamẽ eſt aliqua ſcientia: cuius p̄mum ſubm p̄mitate adequationis ſit aliqđ genꝰ ſubalternum: vel etiam generaliſſimũ: in tali ſciẽtia bene eſt dare primũ ſubm p̄mitate perfectionis habens eſſentialeȝ ordinem in perfectione: cum ſint diuerſe ſpecies contente ſub illo genere: ꝛ inter illas ſit ordo eſſentialis perfectionis: non ſic aũt in ſcientia in qua ſpecies ſpecialiſſima ponitur p̄mũ ſubm p̄mitate adequatiõis.

Auerroys vult primaȝ intelligẽtiaȝ eſſe ſumme ꝑfectionis.

Uerum eſt hoc ſm Ariſto. non ſm illũ doctorẽ.

Eſt autem conſequẽter diligenter aduertendum ꝛ inquirẽdũ habito q̄ in qualibet ſcientia eſt dare vnũ p̄mũ ſubm quid ſit illud p̄mũ ſubm ĩ qualibet ſciẽtia. Et ſunt qnq̄ modi dicẽdi. ❡ Primus modus eſt iſte: q̄ in q̄lȝ ſcientia illud eſt p̄mũ ſubm: quod eſt p̄mũ illa triplici p̄mitate: que eſt p̄us dicta. ſ. p̄mitate originis perfectionis ꝛ cognitiõis: ſicut fuit dcm̄ ſuperius in 3ª proprietate affirmatiua ſubti ſcibilis. fuit. n. dictum q̄ ſubm ſcibile eſt p̄us quiditate ſcibili: ꝛ hoc triplici p̄mitate. ❡ Sed contra iſtum p̄mum modum aſſignãdi ſubm ſcientie arguitur: qꝛ lȝ in qualibet ſcientia ſit dare p̄mum ſubm primitate originis ꝛ perfectionis ꝛ cognitiõis reſpectu quiditatis ſcibilis: nõ tamẽ reſpectu oĩum que in illa ſciẽtia determinãtur: qꝛ nõ reſpectu partiũ ſubiectiuarum. Pars enim ſubiectiua prior eſt p̄mitate perfectionis q̄ȝ ſit ſubm p̄mũ p̄mitate adequationis: ſicut inferiora ſuis ſuperioribus. Tũ etiã quia pars ſubiectiua p̄or eſt: ſicut fert̃ a pluribus: p̄mitate perfectiõis: nõ igitur bene aſſignatur primum ſubm ſcientie: q̄ eſt illud quod eſt p̄mũ hac triplici primitate: cuȝ nõ ſit poſſibile inueniri aliquod tale in aliqua ſcientia: qđ ſit primuȝ hac triplici p̄mitate: qꝛ iſte tres p̄mitates non ſe compatiuntur in eodem: qꝛ qđ eſt prius primitate originis eſt poſterius perfectiõe: ſicut incluſum eſt imꝑfectius includente. ❡ Secunda aſſignatio p̄mi ſubiecti ſcientie dicit̃: q̄ eſt illud primũ ſubm ſciẽtie quod eſt vnum genus cognoſcibile: quod appropriat ſibi vnum modum abſtractionis ſpecificum: ratio huius dicti ſit iſta: quia diuerſitas abſtractionis in ſciẽtijs facit aliud ꝛ aliud genus cognoſcibile quantũcunq̄ cognoſcibilia ſint pauca aut multa. ſi habent vnuȝ modum abſtractionis faciunt vnum genus cognoſcibile: ſcientie autem diuerſificantur ſecundũ primũ genus ſubm. ideo proprie vocatur vnum genus ſubiectũ: vnum genus cognoſcibile: qđ in ſe ꝛ in ſuis partibus ꝛ ſuis proprietatibus ꝛ partium habet vnum modũ abſtractionis: ꝛ per conſequẽs ſibi appropriat vnum modum ſpecificum cognoſcendi. Accipit aũt principia ſua intellectus aliquando per experientiam ſenſuum: ſicut in naturalibus: vel per abſtractionem ymaginatõis: ſicut in mathematicis: vel per actum intellectus directũ: ſicut in methaphyſicꝭ: vel per actum ītellectus reflexum: ſicut in logycalibus. Et ſic diuerſificantur ſcientie ſecundum diuerſum modum abſtrahendi ꝛ accipiendi principia. ergo concluditur q̄ primũ ſubiectuȝ ſcientie erit vnum genus cognoſcibile qđ ſibi appropriat vnum modum ſpecificum abſtractionis. ❡ Sed iſta aſſignatio: lȝ ſit poſſibilis ꝛ contineat veritatem ſecundum modum abſtractionis intellectus coniuncti: nõ tamẽ intellectus ſimpliciter: qꝛ non ītellectus ſeparati: intelligentia enim ſeparata nõ accipit principia ſciẽtie per experientiam ſenſuũ: nec per ymaginationem abſtractionis ꝛ fantaſie: ſed directe per actum intellectus. ergo in tali ītellectu non fiet diſtinctio ſcientiarũ per moduȝ abſtractionis. Et tamẽ in ſciẽtijs reſpectu cuiuſlibꝫ intellectus opꝫ aſſignare p̄mũ ſubm. igitur inſufficiens fuit iſte modus aſſignandi primũ ſubiectũ. Tum etiã: qꝛ ſicut idem ſubm poteſt per diuerſas potẽtias comprehendi: ſicut ſunt ſenſibilia cõmunia: ſic per diuerſas abſtractiones ꝛ diuerſos modos abſtractionis: ꝛ ſic idem obiectũ ꝛ ſubiectum pertinebit ad diuerſas potentias. Et ſub eadeȝ ratione reſpectu eiuſdem paſſionis: qđ inconueniẽs eſt apud te. ❡ Amplius aũt 3º loco aſſignatur aliter rõ p̄mi ſubiecti ſciẽtie. ſ. illud dicitur eſſe p̄mũ ſubm in ſcia qđ primo virtualiter continet totam notitiam habitus: ꝛ a nullo dependet in continendo. Primum. n. ſubiectũ ſcie virtualiter continet notitiaȝ p̄mi predicati: quia per ſe formaliter primo modo includit illud: ſicut definitum includit definitionem formaliter. Subiectuȝ autem ꝛ primum predicatum virtualiter continent notitiaȝ paſſionis ꝛ notitiam īherẽtie paſſionis ad ſubm. ❡ Et ſic p̄m ſubm v̄tualr̃ ꝯtinet notitiam totiꝰ habitus:

Opi. Aureoli.

Opinio Scoti.

qꝛ ſubm̄ continet notitiaꝫ ſui ⁊ medij ⁊ paſſionis.
Et ſic ꝑmo virtualiter cōtinet ꝙ a nullo depēdet
in ꝯtinēdo. Tale igitur ꝑmum ſubm̄ in ſciētia aſſi
gnat̃. ¶ Sed nec iſte modus aſſignādi ꝑmū ſub-
iectum ſciētie videt̃ eſſe ſufficiens: nec continet in
oībus veritatē. Certū eſt.n. ſm ph̄m ꝑmo poſteri.
ꝙ eadē eſt ſcia totius ⁊ partis. Et trianguli et yſo-
chelis. Ueritates aūt noꝭ de paſſionibus partium
nō continētur per ſe ⁊ ꝑmo virtualiter in ratione
totius: ſicut riſibilitas non continetur virtualiter
in animalitate: ſed potentialiter tn̄. Ex noᵃ autez
potētiali nō poteſt ītellᵐ deduci in notitiā veritatū
potentialiter contentarum. Sed inſunt partibus
per rōnem propriā ⁊ non per rōnem totius cogno
ſcunt̃. ¶ Sed huic iſtanᵗ ab aſſignante ſic rōnem
ꝑmi ſubi poſſet facilr̄ reſpōderi ꝙ ph̄us quādo di
xit ꝙ eadē eſt ſcia totius ⁊ partis vt triāguli ⁊ yſo-
chelis: intelligit̃ quātuꝫ ad per ſe paſſiōes totiꝰ: qꝛ
ad eandeꝫ ſciam pertinet demōſtrare habere treſ
de triāgulo: ⁊ de yſochele: qꝛ per idē mediū ꝓbat̃
de vtroqꝫ: Sed nō itelligit ꝙ ſit eadē ſcia triāguli
⁊ yſochelis ꝗtū ad per ſe paſſiōes ꝓprias yſoche-
lis: que ſibi per ſe ⁊ ꝑmo īſunt. Qꝛ tūc eadē ſcia eēt
entis ⁊ cuiuſlibet entis quātū ad paſſiōes ꝓprias
cuiuſlibet entis: ⁊ ſic nō eēt ſcia niſi vna. In eadē
enī ſcia licitū eſt deſcēdere ſub ſubo: ſed ſub ꝑedi
cato deſcēdere ꝓhibitū eſt. Hec igit̃ inſtātia ꝯtra
iſtā aſſignationē eſt excluſa. ¶ Aliter ꝗ oſtēdit̃ ꝙ
ꝑdicta aſſignatio non ꝯtinet in oībus veritatē: qꝛ
ſubm̄ ꝑmū ſcie nō videt̃ ꝯtinere virtualr̄ totū ha- *Pro Scoto di-cit q ꝫ triangu-lus nō continet yſochelē notitia incomplexa: cuꝫ nō virtualiter ꝯti-net notitia com-plexa:*
bitum: qꝛ ſi fiat deſcenſus ſub ſubo ⁊ nō ſub ꝑdica
to: ad eandē ſciam pertinebit: ⁊ tn̄ ꝑmū ſubm̄ non
ꝯtinet v̄tualiter notitiā ſubi cōtenti ſub eo quan-
do fit deſcēſus ſub ſubo: ſicut triangulus nō conti-
net notitiā yſochelis. ¶ Amplius aūt ſi ꝑmū ſub-
iectū ſit illud qđ v̄tualr̄ ꝯtinet notitiā totiuſ habi
tus metaphyſice: ſeqt̃ ꝙ pars ſubtiua entis ſit pꝰ
ſubm̄ metaᶜᵉ: qꝛ formalr̄ icludit ens: ⁊ per ꝯn̄s eiꝰ
notitiā ⁊ ſuarū paſſionū v̄tualr̄ ꝯtinet. ¶ Quarta
aſſignatio ꝑmi ſubi ſcie eſt iſta: illud vocat̃ ꝑmuꝫ
ſubm̄ ſcie: cui ineſt ꝑma paſſio. ſcđm aūt ſubm̄ dici
tur ꝑma paſſio: que eſt ſubm̄ ſue ꝓprie paſſiōis. Et
ſi illa 2ᵃ paſſio hꝫ paſſionē illa erit eiꝰ ſubm̄. Et ſic
ꝯꝑiter de alijs. ¶ Sꝫ nec iſte modus aſſignādi vi
det̃ ꝯueniēs: qꝛ iſta ſuba ſic aſſignata nō videntur
ad eādē ſciaꝫ pertinere. ꝯcluſio nāqꝫ ſcientifica de
inherentia ꝑme paſſioniſ ad ſubm̄: ⁊ concluſio de
inherentia ſcđe paſſiōis ad ꝑmā tāqꝫ ad ſubm̄ ſuū
propriū nō ꝓbant̃: nec demonſtrātur per idē me-
dium: ſed per diuerſa media: qꝛ cū mediū demon-
ſtratiōis ſit defiᵒ pꝰ ſubi: Alia nāqꝫ ē aſſignatio ſiue
defiᵒ ꝑmi ſubi: alia ſcđi. ergo ⁊ alie ſcie: cū ibi per
media demonſtrationes augeantur. ¶ Amplius
aūt eſt 5ᵃ ⁊ vltima aſſignatio ꝑmi ſubi ſcie que ta
lis eſt. Primū ſubm̄ ſcie dr̄ in cōparatione ad 2ᵐ.
ꝑmū aūt ſubꝫ vocat Ariſt. ⁊ alij ph̄i: ꝗ de ꝑmo ſub
iecto loquuntur illud cui ꝑmo ⁊ per ſe ineſt paſſio
⁊ cōuertibiliter: ⁊ inquātum tale ⁊ vniuerſaliter.
ſicut ph̄s accipit aliqđ cōuenire alicui ꝑmo poſte-
rio ꝑ. caplo de vl̄i. vt ꝑmum ſubm̄ de habere tres
eſt triāgulus: cui per ſe ⁊ ꝑmo ⁊ ꝯuertibilr̄: ⁊ iquā-
tum tale ⁊ vl̄r ineſt habere tres: ⁊ per rōnem eius
oībus alijs. 2ᵐ ſubm̄ eſt yſocheles. 3ᵐ ſubm̄ eſt hic
yſocheles. Sic ergo aſſignatur ꝑmum ſubm̄ ſcie:
cui ꝑmo ⁊ ꝑ ſe ineſt paſſio ⁊ ꝯuertibiliter ⁊ inquā-
tum tale. Hec dicta ſunt de ratione ⁊ aſſignatione
ꝑmi ſubi in vl̄i ſm ꝙ ars iſta requirit: que vl̄is eſt
⁊ tranſcendēs. Et itellectus tuus pōt rōnem ꝑmi
ſub iecti ſcientie faciliter applicare.

¶ De rōne formali ſubiectiua. Cap. V.

RE ſtat aūt adhuc vlterius de rōne ſubiua aliqđ ingrere. Et ꝑ°
negᵉˢ. Scđo affirmatiue. Quiqꝫ ꝓpeta
tes negatiue de rōne ſubtiua ꝑmittun-
tur. Prima ꝙ nō eſt aliqđ per ſe ſupiꝰ
ad ſubm̄: qꝛ nō eēt rō īherendi paſſionē cū ſubto:
ſicut ſcia que eēt de homīe: rō ſubiua nō eēt aīali-
tas: qꝛ nō eſt rō īherendi nec mediū demonſtran-
di riſibilitatē de hoīe. ¶ Scđa proprietas negati
ua eſt ꝙ rō ſubiua nō eſt aliqđ per ſe īferiꝰ ad ſub-
iectū: qꝛ paſſio que in illa ſcia demōſtrat̃ non orit̃
ex ꝓprijs ꝑncipijs illius īferioris ad ſubm̄: nec in-
eſt ſibi ꝑ ſe ⁊ ꝑmo ⁊ ꝯuertibilr̄ ⁊ vl̄iter: ſicut ſenſi-
bilitas nō ineſt aīali per humanitatē; qꝛ pōt repe-
riri anīal ſenſibile ſine humanitate. ergo humani
tas nō eſt rō formalis ſubiectiua ſenſibilitatis re-
ſpectu animalis. ¶ Tertia ꝓprietas negatiua ꝙ
rō formalis ſubtiua nō eſt aliqđ cōtractū per dif-
ferētiā accītalē: qꝛ illud eēt vnū per accīs. ¶ 4ᵃ
ꝓprietas negatiua ꝙ rō ſubiua nō eſt aliqđ cōtra
ctum per dr̄iam eēntialē: qꝛ tunc illud ſubm̄ cum
illa dr̄ia eēntiali cōtractiua ipſius eēt ipſum īfe
rius: ſicut anīal rōnale eſt ipſe homo. vnde tantū
valet dicere anīal iquantū rōnale: ſicut homo in-
quātū homo. ¶ 5ᵃ ꝓprietas negatiua eſt ꝙ rō for
malis ſubiua nō eſt aliqua rō attribuᵗⁱˢ paſſiōalis
que ieſt ſubo per ſe perſeitate ſcđi modi: cū non fa
ciat cū ſubto vnū per ſe conceptū loquēdo logice:
nec metaphyſice. Tū 2ᵒ: qꝛ eadeꝫ rōne ꝙ vna paſ- *Cōtra cōmuneꝫ op. ē ꝙ paſſiōes immediate ꝯſe-quant.*
ſio eēt rō ſubiua ⁊ alia: cuꝫ eque imediate ſe hēant
ad ſubm̄. Tū 3ᵒ: qꝛ nulla paſſio attributalis pōt eē
rō īherētie oīum paſſionū demōſtrabiliū de ſubo;
cū in ſubo ſint multe paſſiōeſ diſperate: que nullū
habēt ordinē eēntialē adinuicē. ¶ Amplius autez
affirᵛᵉ ꝓcedendo de rōne formali ſubiua ſunt tria
dicta breuia. ¶ Primū dctm̄: ꝙ rō ſubtiua eſt ꝑor
oī paſſiōe attributali demōſtraᵇⁱˡⁱ de illo ſubo. Rō
huius dicti ſit iſta: qꝛ ipſa mediat inter paſſionē ⁊
ſubm̄ cū ſit mediū ꝯcludēdi paſſionē de ſubo ⁊ cā
īherentie paſſionis ad ſubm̄. ¶ Scđm dctm̄ eſt ꝙ
eſt perfectior oī paſſiōe demōſtrabili de ſubto: rō
huius eſt: qꝛ ipſam ꝯtinet virtualr̄ a ꝑori ⁊ entita-
tiue ⁊ conceptibilr̄. ¶ Tertiū dctm̄ loquendo vl̄r
de rōne formali ſubtiua ſm ꝙ ars iſta reqrit ſe hꝫ *Pōt colligi ex dictis huius ꝯ-cluſio: rationem formalem ſubie-ctiuam nō eē me-dium in demon-ſtrandō ad diffi-nitionem ipſius.*
ad ſubm̄ ſicut abſtractū ad concretū: ſicut huma-
nitas ad hoīeꝫ que nō dr̄t realiter nec formaliter:
nec aliqualiter ex natura rei: ſed differunt: qꝛ ab-
ſtractū eſt nomē impoſitū ad ſigndū ꝗditatē pro-
ut cōnotat precīſionē ab oī ꝑdicato poſteriori per
accīs ⁊ per ſe ſcđo modo: ſicut eqnitas eſt tantuꝫ
eqnitas. Ly tn̄ excludit ab oī poſteriori predicᵗᵒ ſi
ue per ſe ſiue per accīs: ſed nō ab oī predicato ꝑo-
ri: qꝛ nō ab oī ꝑdicato per ſe ꝑmo mō. Sed ꝯcretū
eſt nomen īpoſitū ad ſigndū penitus ꝗditatē: ſed
nō cū tali ꝑciſione: nec vt ꝯnotat ꝑdicata ſic ꝑciſa
per abſtractū. Sed vt idēnꝫ ad ꝑdicata per ſe ⁊ ꝑ
accīs: ⁊ ſic ꝯcretū ⁊ abſtractū dr̄nt: ī aliquo vt in-
cōnotato ⁊ in obliquo: ſed oīno ſunt ideꝫ in recto.
Rō igit̃ formalis ſubtiua ſe hꝫ ad ſubm̄ ſicut ab-
ſtractū ad concretū. Et qꝛ ars iſta eſt vniuerſalis

inquirens de rõne formali ſubiũa in cõmuni que omni formali rõni ſubtiue ſubi cuiuſlibet ſciẽtie ↄueniunt. Igiẽ intellectus applicet illam ad ſuuʒ ꝑpoſitũ: ⁊ ſi ſibi deficient oẽs proprietates negatiue: ⁊ cõuenient oẽs affirmatiue: bene eſt aſſignata rõ formalis ſubiũa. ſi aũt in aliquo deficiat: iã nõ eſt bene aſſignata: ſunt aũt in hac arte quedã pnᵃ cõia: que debent cuilibet cõuenire.

¶ De ſubiecto huius metaphyſice. Cap. VI.

POſtremo aũt in tractatu vltio huius ꝑmi libri metaphyſice ſtabilire opʒ ſubm huius metaphyſice. Et qʒ qditatis oĩno ꝑmo prime ꝑmitate ꝑdicatiõis per ſe pnᵃ itrinſeca: ſi que ſunt: ⁊ per ſe paſſiones ingrimus: Ideo ens inquãtũ ens neceſſariũ eſt ſtabilire ꝑ ſubo huius artis: ⁊ entitas erit rõ formalis ſubiũa. ¶ Ad hoc aũt magis explicite tractãdũ: ſunt ſibi 7ᵉᵐ ꝓprietates negatiue ſubi applicãde. Et videndũ ſi aliq̃ ſibi deficiat. iſte.n. eſt artificialis modus ingrendi nãʒ ſubi in hac arte. Et ſicut tu me videbis facere in hac arte: ↄformiter in alijs ſciẽtijs facies nihil penitus ꝑtermittendo de neccarijs ꝓprietatibus ad ſubm. Incipiẽdo ġ ꝑ ordinẽ ab iſtis ꝓprietatibus negatiuis: palam ꝙ ſex ꝑme ſibi ↄueniũt. ¶ Prima ꝙ ens inquãtum ens nõ eſt aliqd prohibitũ: qʒ tũc omne per ſe ↄtentũ ſub ente inquantũ ens eẽt ens ꝓhibitũ: qʒ qcqd per ſe icludit aliquid ꝓhibitũ neccario eſt ꝓhibitũ. ¶ 3ᵃ ꝓprietas negatiua ſibi nõ repugnat.ſ. non eſſe aliqd vnum per accñs: qʒ tũc oẽ per ſe includẽs ens inquãtum ens eſſet ens per accñs. ¶ 4ᵃ ꝓprietas negatiua ſibi nõ repugnat.ſ. nõ eſſe ens in aĩa: qʒ ens iquãtũ ens eſt vera qditas ꝓſcindẽs ab oĩ ente in aĩa: ⁊ indĩns vt dicet inferius ad ens in aĩa: ⁊ extra aiam. ¶ 5ᵃ proprietas negatiua ſibi nõ repugnat: qʒ non eſt corruptibile ens: nec põt eſſe oĩno nihil ꝓut ly nihil opponit tam exiſtẽtie actuali: q̃ʒ etiam qditati. ¶ 6ᵃ ꝓprietas negatiua ſibi nõ repugnat .ſ. ꝙ nõ ſit incõmunicabile: qʒ ens eſt oĩbus vniter cõicabile: nec eſt aliqd qȯ poſſit ſubterfugere rationẽ entis. ¶ 7ᵃ ꝓprietas negatiua ſibi nõ repugnat.ſ. ꝙ nõ ſit demõſtrabile: qʒ cũ ens inquãtum ens ſit oĩno ꝑma qditas: ipſa eſt idemõſtrabilis a ꝑori. ¶ Reſtat igiẽ diligẽter ingrere de 2ᵃ ꝓprietate negatiua. ſi repugnat enti inquãtũ ens. ſecunda aũt ꝓprietas negatiua ſubiecti in cõi eſt ꝙ ſubiectũ nõ ſit equocũ: ſed potius vniuocũ. ¶ Et primo de ente eſt ponẽda vna breuis diſtinctio: ⁊ poſtea mẽbra diuiſionis ſunt exponẽda. ¶ Ens aũt eſt nomẽ: qȯ poteſt eſſe impoſitũ ad ſignificãduʒ omne poſitiuũ: qȯ eſt extra nihil: ſiue ſit ens reale ſiue rõnis: ſiue directe ſit in ꝑdicamento: ſiue ꝑ reductionẽ: ſiue ſit extra ꝑdicamẽtũ. ¶ Alio modo loq poſſumus de ſignificato hui⁹ nominis ens ꝓut eſt impoſitũ ad ſignificãdũ nõ omne poſitiuũ: qȯ eſt extra nihil: ſed ad ſignificandũ vnaʒ determinatã rõnem ſeu qditatẽ cõnumerabilẽ ↄtra alias rõnes ⁊ qditates. ¶ De ſignificato igiẽ entis ꝓut accipiẽ ꝑmo modo eſt inquirẽdũ: ſi poſſet eẽ vniuocum an nõ: poſtea iquiretur de ſignificato eius in ſecũda ſignificatõe. ¶ De ſignificato entis primo modo accepti ponuntur quinqʒ cõcluſiones. ¶ Prima igitur ↄcluſio ſit iſta: ꝙ ens ſic acceptũ nõ eſt vniuocũ: ⁊ per cõſequens nõ poteſt eſſe ſubiectum huius metaphyſice: nec alicuius alterius ſciẽtie. Arguo ergo ſic. Omne vniuocum dicit aliquãm rationem vnã determinatã cõnumerabilem ⁊ cõtrahibilem per ratiões determinãtes: ſed ens ſic acceptũ nõ dicit vnam rationem determinatã: nec vnam quiditatẽ: nec vnum poſitiuũ. Et ideo nõ eſt vniuocũ. minor probatur: quia cũ ſignificatũ entis: vt eſt dictũ: ſit omne poſitiuũ ⁊ omnis rõ: ⁊ quiditas: quero per quid poſſet contrahi ⁊ determinari. Non per aliquid poſitiuum: quia ſic cõtraheretur per ſeipſum vel per aliquid ſui: cum ſit omne poſitiuũ. Aut ↄtrahetur per nihil: qȯ eſt impoſſibile. Unde cum ens ſic acceptũ ſit nomẽ impoſituʒ ad ſignificandũ decem predicamẽta. vʒ. ſubſtãtiam: quãtitatem: ⁊ qualitatẽ: ⁊ ſic de alijs. per iſta cõtrahi nõ põt: cum contrahẽs ſemper ſit extra ſignificatũ contrahibilis. ¶ Nam ſi alias eſſet nomẽ impoſitum ad ſignificãdum omne poſitiuum: qȯ eſt īfra genus animalis. alias nõ eſſet vniuocũ ad iſta: qʒ ſignificatum aĩalis nõ poſſet cõtrahi. Si.n. aĩal cõtraheretur quero per quid: nõ per rõnale: nec per irrõnale: qʒ iſta ſunt pars ſignificati aĩalis: cũ tu dicas ꝙ animal ſignificat omnia que ſunt īfra genus aĩalis. ¶ Eodẽ modo cõformiter eſt dicendum de hoc nomĩe ſubſtantia: qȯ ſi eſſet impoſitũ ad ſignificandũ omne poſitiuũ: qȯ eſt īfra genus ſubſtãtie: nõ poſſet eſſe vniuocum: cũ diceret omnes rõnes eorũ. Nam rõ ſubẽ cõtracta per aliquid īferius nõ contraheretur per aliqd additũ: ſed coincideret cum contrahente in eadem re ⁊ ratiõe quiditatiua. ¶ Exemplum ponamus ꝙ a. ſit nomẽ impoſitum ad ſignificandũ centũ lapides: quid addunt duo illorũ ad illum centenariũ: nihil penitus. Iam.n. eſſent centũ ⁊ duo lapides. ſi aliquid adderẽt. Sic ſi ſubſtantia cõtraheretur per aliqd quod clauditur infra ſuuʒ ſignificatũ: non contraheretur per aliquid additum: ſed coincideret cũ illo: per qȯ contraheretur in idem: lʒ nõ conuertibiliter ⁊ adequate: ſicut nec totum coincidit cum parte adequate ⁊ conuertibiliter: ſicut nec illi duo lapides illius centenarij coincidunt cũ illo centenario cõuertibiliter ⁊ adequate. Sicut ergo verum eſt dicere ꝙ illi duo lapides nihil addunt ad totum centenariũ: nec in re extra: nec in conceptu quãtum ad rõnem obiectiualem. naʒ ſi in intellectu tuo obyciuntur primo centum lapides obiectiue. ſi poſtea obyciẽtur duo illorum lapidum obiectiue in ītellectu tuo. pʒ manifeſte ꝙ nihil ſecũdario intellectui obycitur obiectiue: quod prius nõ obyceretur obiectiue ſed idem: lʒ nõ conuertibiliter ⁊ adequate. Sic autem recte eſt de ratione entis in iſta ſignificatione: ꝓut eſt impoſitũ ad ſignificandũ omne poſitiuũ: quod nõ eſt contrahibile per aliquid additũ: nec in re. vt pʒ per exemplũ de lapide. quid.n. adderẽt homo ⁊ aſin⁹: ad omne poſitiuũ extra animã: pʒ ꝙ nihil cum includãtur infra conceptum ſiue ambitũ poſitiui. Nec addunt aliquid in conceptu: quia ſi omne poſitiuum obyciebatur primo ītellectui. ſi poſtea obycitur homo ⁊ aſinus: nunq̃ʒ nunc obycitur aliquid quod prius nõ obyciebatur: ſed illud idem quod prius: lʒ non adequate ⁊ cõuertibiliter. ¶ Ex his omnibus concluditur ꝙ ens in iſta ſignificatione non poteſt eſſe vniuocum: cum non ſit contrahibile per aliquid additum: imo coincidit cum omni poſitiuo in re ⁊ ratiõe: vt viſum eſt: nullo penitus addito. Sicut pars nihil addit penitus ad ſuum totuʒ. Patet etiam ꝙ ens nõ dicit aliquã rationem determinatam connumerabilem contra alias: cum ratio ſua et quiditas claudat omnem rationem infra ſe: cum totuʒ ſignificatum eius. vt dictum eſt: ſit omne poſitiuum.

¶ De iſta ſigtione entis loquit̃ Por. in gnqꝫ vniuerſalibus vbi dicit. Si qs entia vocet equiuoce nũcupabit: ⁊ in hoc verũ dicit accipiendo ens vt ſic eſt impoſitũ ad ſignificandũ omne poſitiuũ. ¶ Similiter ſic intelligebat Ar. ɔtra parme. ⁊ me. pͥmo phyſi. 13. quãdo dicit ꝙ pͥncipiũ oĩum maxime cõtra eos eſt ꝙ ens multiplr̃ dicit̃. Similr̃ in. 8. metaphy. 16. ⁊. 10. metaph. 8. vbi dicit: ꝙ ens deſcendit in ſubm ⁊ accñs nullo penitus addito.
3. met. 10. Et in pluribus alijs locis. ¶ Secũda concluſio ſit iſta. ꝙ ens in iſta ſignificatiõe nõ hꝫ aliquas paſſiones: hoc ꝓbat̃: qꝛ omnis paſſio eſt extra rõnez qditatiuã ⁊ diffinitiuam ſubi: cũ ſit poſterioꝛ ſubto ⁊ origine ⁊ natura ⁊ ꝑfectione. Tũ etiã: qꝛ ſubm ponit̃ in eius definitiõe vt additũ: nihil aũt põt eſſe extra rõnem entiſ. vt dcm̃ eſt: nec ratio entis põt addi alicui: nec aliqua põt ſibi addi: cũ ens ſinificet omnia: ⁊ ſua ratio: ⁊ ſua quiditas ſit oẽs rões ⁊ qditates. ¶ Tertia cõcluſio ſit iſta. ꝙ ens non hꝫ dr̃ntias cõtrahentes. hoc ꝓbat̃: qꝛ differentia ɔtrahens ſemper eſt extra rõnem cõtrahibilis: ſicut differẽtia eſt extra rõnem generis. Differẽtia. n. per ſe nõ ĩcludit genus: ſicut actuale nõ includit potẽtiale: nec forma materiã. Nulla aũt dr̃ia põt eſſe extra rõnẽ entis. vt dictũ eſt. ergo ens nõ põt habere differẽtias aliquas cõtrahẽtes. ¶ Quarta cõcluſio ſit iſta: ꝙ ens p̄dicat̃ qditatiue de oĩbus paſſionibus: accipiendo predicari qditatiue ⁊ formalr̃: put idẽ predicat̃ de ſeipſo nullo penitus addito: lꝫ nõ ɔuertibiliter. rõ aũt entis in iſta ſignificatione eſt idem cũ oĩbus paſſiõib⁹ nullo penitus addito: lꝫ nõ adequate ⁊ cõuertibiliter. Concludit̃ ergo ꝙ ens predicatur quiditatiue de oĩbus paſſionibus: nõ intelligo de ſuis paſſionibus: qꝛ nõ hꝫ paſſiones. vt dcm̃ eſt in ſecunda cõcluſione huius capituli: ſed predicat̃ qditatiue de paſſionibus oĩbus oĩum ĩferioꝝ. Et de illis paſſionib⁹. de qbus inquirit Ariſtot. in ſua metaphyſica: que communiter enti inquãtũ ens attribuunt̃: lꝫ nõ enti in iſta pͥma ſignificatiõe: ſed enti in ſecũda ſigtione vt ſtatim videbit̃: cuiuſmodi ſunt vnũ: verũ: bonũ: ⁊ ſic de alijs. ¶ Quinta cõcluſio ſit iſta: ꝙ ens in iſta ſignificatione predicat̃ qditatiue de vltimis differẽtijs: imo vniuerſaliter de oĩbus differentijs: hec ꝓbatur ſicut quarta: nulla etiã differentia põt eſſe extra rõnem entis. Et iſta ſignificatione entis vtebat̃ Ariſto. in 3° ſue metaphy. q° cũ arguit. Gen⁹ non predicat̃ de aliqua differẽtia. Ens predicat̃ de differentia. ergo ens non eſt genus. ¶ Palam aũt ꝙ in maioꝛi nõ accipiebat̃ p̄dicari realiter tantum: ſed formaliter ⁊ quiditatiue. Alias ꝓpoſitio eius eſſet falſa: qꝛ genus bene predicat̃ de differẽtia realiter cum eadeꝫ realitate realiꝫent̃. ergo accipiebat predicari qditatiue: ſic ꝙ ratio differẽtie cũ ſit actualis ⁊ determinans ⁊ cõtrahens: neceſſario opꝫ ꝙ ſit extra rationẽ generis: cum ſit potẽtialis determinabilis ⁊ perfectibilis a differẽtia. igit̃ ſimiliter in minoꝛi accipiet̃ predicari qditatiue ⁊ formaliter: cuꝫ dr̃ ꝙ ens predicat̃ de ſuis differentijs. Iſte aũt 5e cõcluſiones ſunt poſite de ſignificatione entis pͥmo modo accepti. Cũ ergo occurrit vl̃ proponitur tibi aliqd de ente: diligẽter videas ꝙ tuus itellectus ſit pͥmo diſtinct⁹ de ſignificato entis: vt ſcias de quo ſignificato proponens itendit querere: Et tu ẽt videre: qꝛ ſcdm̃ ſigtum in quo qõnẽ recipias: opꝫ te reſpondere ɔſequẽter. Et ad iſta duo ſignificata ſequunt̃ oppo^ta ⁊ dr̃ia: ſic videbis clari⁹ cũ de 2° ſigto ingrem⁹.

Nunc aũt de ente in 2° ſignificato eſt ingrendũ put eſt impoſitum ad ſignificãdum vnam rõnem determinatã cõnumerabilẽ contra alias rões: ſi ſit qditas vniuoca: an nõ. Et pͥma ingſit io que occurrit eſt circa entis vniuocationem ſic accepti ſi qditas entis ſit qditas vniuoca ad decem predicamẽta. ¶ Secũda aũt an ſit vniuoca enti reali ⁊ enti rõnis. ¶ Tertia an pͥme itelligen^e ⁊ oĩb⁹ alijs itelligentijs ⁊ oĩbus entib⁹. ¶ Quarta an p̄dicet̃ de ſuis paſſionibus qditatiue. ¶ Quĩta an p̄dicetur qditatiue de ſuis ꝓprijs dr̃ntijs ɔtrahentibus ipſum. his. n. qnqꝫ diſcuſſis erit mã de vnitate entis ſufficienter explicata. ¶ Pro pͥma ingſitione ſit prima ꝓpõ ꝙ qditas entis eſt qditas vniuoca decẽ predicamentis: rõ huius dicti eſt iſta: qꝛ ſibi competit rõ diffinitiua p̄dicati vniuoci ſuperi⁹ poſita: ꝙ nomẽ eſt cõmune: ⁊ ſm̃ illud nomẽ rõ ſube eſt eadẽ. Ens aũt predicat̃ de deceꝫ predicamẽtis ſm̃ vnũ nomẽ ⁊ ſm̃ vnã rõnem. ergo ſeqtur ꝙ ſit vniuocũ. Tum qꝛ predicamẽta accñtium poſſunt cauſare in itellectu aliquẽ cõceptũ de ſuba: vel de per ſe ĩcluſo in ſuba. g̃ opꝫ ꝙ illud ĩcluſum in ſuba ɔtineat̃ vel v̾tualiter: qõ nõ eſt verũ: vel formalr̃: ⁊ ſic habet̃ ꝓpoſitum: ꝙ illud ĩcluſum erit idẽ in ſuba ⁊ accñte: cum ſit formalr̃ ⁊ qditatiue ĩcluſuꝫ in vtroqꝫ. Tũ qꝛ itellectus certus eſt de quolibet poſitiuo: qõ eſt in predicamẽto: qõ eſt ens dubius tamẽ in quo p̄dicamẽto exiſtat. g̃ qditas entis de qua itellectus eſt certus ꝙ eam concipiat eſt alia a qditatibus predicamẽtoꝝ: de qb⁹ dubitat ſi eas ɔcipiat an nõ: ⁊ eis cõis ⁊ eadẽ: qꝛ ſi poſtea diſtĩcte illas qditates p̄dicamẽtoꝝ de qbus erat dubius ɔcipiat: manet idem cõceptus qditatis entis qui pͥus erat. g̃ eadem qditas ɔcipit̃ nũc que pͥus: concipiebat̃ aũt pͥus quiditas entis vna ⁊ indiuiſa vt p̄ſcindebat a qditatibus predicamẽtoꝝ: de qbus erat dubius. g̃ nũc cum cõcipiat eandẽ qditatẽ entis: ɔcipiet eam vnã ⁊ idiuiſam in illis qditatibus predicamẽtoꝝ: poſtquã de illis qditatibus eſt certus. g̃ illa qditas entis eſt eis vniuoca ⁊ incluſa in ipſis. ¶ Sed hic oꝛiunt̃ plura dubia. pͥmũ dubiũ ꝙ predicamẽta nõ erũt pͥmo diuerſa ſed differentia: qꝛ aliqd idẽ entis: qꝛ in aliquo ɔueniũt ⁊ in aliquo dr̃nt: nec erunt ſimplr̃ ſimplicia ſed reſolubilia. ¶ 2m dubium: ꝙ non erunt predi^ta generaliſſima cũ ſupra ſe ſit aliquod predicatũ qditatiuũ ſuperueniẽs: ſicut qditas entis: ſicut dicis cuꝫ ꝑ ſe pͥmo mõ predicet̃ qditatiue de ipſis. ¶ 3m dubiũ eſt: ꝙ cũ ens p̄dicat̃ ꝺ decẽ p̄dicamẽtis in qd: quõ euadere poterimus ꝙ nõ ſit genus. ¶ 4m dubiũ ꝑ quẽ modũ deſcendit ens in decem gña: ⁊ per qõ ɔtrahit̃: aut per modos ĩtrinſecos: aut per differẽtias eſſentiales. Ad vtrũqꝫ ſequunt̃ magna inconueniẽtia vt dicet̃. ¶ 5m dubiũ: qꝛ videt̃ ꝙ omne indiuiduũ generũ accñtũ ſit per ſe ⁊ eſſentialiter depẽdẽs ad ſubam. Unũ depen^a aptitudinalis eſt demonſtrabilis de eo. g̃ nullũ indiuiduũ eiuſdeꝫ rõnis põt eſſe in ſuba ⁊ accñte. ſi aũt ens eſſet vniuocũ ſube ⁊ accñti: indiuiduũ entis in ſuba ⁊ accidente eſſet eiuſdẽ rõnis: ⁊ per ɔñs qcqd eẽt demõſtrabile de vno eſſet demonſtrabile de alio. Et vltra. ſi ꝺpẽdentia eſſentialis eſt demõſtrabilis de ĩdiuiduo entis: qõ eſt in accñte: ⁊ de indiuiduo entis qõ eſt in ſuba erit demõſtrabilis. Idẽ argumẽtum põt fieri de independẽtia indiuidui entis in ſube: qꝛ erit demõſtrabilis de indiuiduo entis in accñte. ¶ Ad iſta dubia eſt oꝛdinate reſpõdẽdũ. ¶ Ad pͥmũ cũ dr̃ ꝙ p̄dicamẽta nõ erunt pͥmo diuerſa: nec ſimpliciter ſimplicia; nec irreſolubilia.

Tenẽt mlti ens nõ dicere vnum conceptũ obiectiuum p̄ciſum ab alijs: ſed ɔceptũ diſſicrũtiet concludunt rationes iſti⁹ doctoris vt patet.

Et hoc erit ɔtra Comẽ. 3. meta. 10. 8. meta. 8. 5. phyſi. quarto.

Mū volunt ꝑdi‑camẽta eſſe pri‑mo diuerſa .i. in nulla natura vni‑uoca ꝯuenientia.

Dicit̃ ꝙ predicamenta eſſe ꝑmo diuerſa põt itelli gi dupłr: vel ꝙ in nullo ſint idez entia: nec in aliq̃ ex natura rei ꝯueniẽtia. Et ſic nõ eſt cõcedẽdũ: q2 neċario ꝯueniũt in illo predicato cõi vniuoco. ſ. in q̇ditate entis. Et iõ nec ſunt ſimplr ſimplicia: nec oĩno irreſolubilia. Sed poſſet dici ꝙ hñt ꝯceptuſ ſimplr ſimplices: q2 illa que imediate icludũt habẽt ꝯceptus ſimplr ſimplices: ſicut ꝑmũ ʒ̄bibile ꝛ ꝑmũ ʒ̄bẽs. Dicunt̃ ẽt ꝯceptus ꝑdicamẽtoꝝ ſimplr ſimplices reſpcũ inferioꝝ: que ſunt reſolubilia in ꝯceptus iterũ reſolubiles. Scḋo pñt dici ꝑmo diuerſa: q2 ꝑmis oĩno dr̃ntijs ꝑmo diuerſis ſunt ꝯſtituta ꝛ diuerſa. ❡ Ad 2ᵐ duᵐ cũ dr̃ ꝙ nõ erũt gnãliſſima: cũ habeant ſupra ſe aliqḋ ꝑdicatũ q̇ditatiuum: ſicut ens gnãliꝰ ipſis: ſi ens nõ poneret̃ ẽẽ genus ad decẽ ꝑdicamẽta facilr videret̃ ꝙ ẽẽnt generaliſſima: lʒ nõ gnãliſſima ꝑdicata: q2 nullũ genꝰ ſupraueniẽs haberẽt. lʒ aliqḋ ꝑdicatũ q̇ditatiuuʒ haberẽt. Utrũ aũt ens habeat rõnẽ generis ad decem predicamẽta ſtatim patebit in ſolutiõe tertij dubij. Aliter tamẽ dicunt̃ generaliſſima: q2 ſub genere gnãliſſimo imediate ꝯtẽta: ꝛ nullũ genꝰ ſubalternũ icludẽtia: ſed tñ genus generaliſſimum. ❡ Ad 3ᵐ dubiũ cũ dr̃: ꝙ ens ꝑdicat̃ q̇ditatiue de decẽ ꝑdicamentis: ꝛ ideo difficile erit euadere qn ſit genus. Dicit̃ ꝙ lʒ ſit difficile: nõ tñ impoſſe: nec ꝓhibitũ: nec ꝯtradictionẽ includẽs. Ad cuius euidentiã debeſ diligẽter aduertere ꝙ ratio quiditatiua generis hʒ iſtas ꝓprietates neċario annexas: ꝙ ſit quiditas finita per ſe: vel aliquid qḋ neceſſario ſequit̃ finitas tanq̃ genus eius ſeu modus intrinſecus. ſecũdo ꝙ habeat rõnem partis potẽtialis ꝛ cõponibilis cũ dr̃ntia actuãte ꝛ perficiente. Omne aũt ꝑdicamẽtũ ꝛ per ſe ꝯtẽtũ in ꝑdicamẽto neċio eſt finitũ. Ex hoc ſeq̄tur ꝙ hẽat rõnẽ partiſ: ſolũ. n. finitũ põt ẽẽ pars alicuius totius: nullũ iſinitũ põt habere rõnem partis: q2 omne totum eſt maius ſua pte: iſinito aũt nihil eſt maius. illud ẽt qḋ ex ſe nec eſt finitũ: nec infinitũ nõ poteſt habere rõnem partis. ergo ſola finitas per ſe ꝯñs aliq̃ q̇ditatẽ dat ſibi ꝙ poſſit habere rationem partis: ꝛ per ꝯñs ꝙ poſſit habere rõnem componibilis ꝛ potẽtialis. ❡ Ens aũt inquãtũ ens nõ determiat ſibi finitatẽ: nec infinitatẽ: nec perſeitate ꝑmi modi: nec ꝑſeitate ſcḋi modi: nec tanq̃ eius modũ intrinſecũ neċio ꝯñtem rõnem eius inquãtũ ens: ſʒ oĩno ꝑſcindit ꝛ abſtrahit a finitate ꝛ iſinitate: que ſibi iſunt ꝑ acciñs: ſicut modus: vel ſicut cõtrahẽs accidit ꝯtrahibili. Ex hoc pʒ manifeſte ꝙ ens nõ põt habere rõnem generis. Sed adhuc remanet difficultas: q2 cũ per te q̇ditas ʒ̄bibilis ꝑ differentias ẽntiales que ſm̃ ſuaʒ rõnẽ formalẽ determĩnat ſibi finitatẽ tanq̃ genꝰ eius itrinſecũ: ꝛ aliquid ꝯñs ꝛ annexũ neċio eius formali ratiõi habeat ꝓprie rõnẽ generiſ. ❡ Et cũ enti finito ſm̃ te qḋ eſt cõe decẽ ꝑdicamẽtis iſta ꝯueniãt: ſeq̄tur ꝙ decez ꝑdicamẽta habebũt aliquod genus ſupraueniẽs. Lʒ igit̃ tu poſſes euadere ꝙ ens iquãtum ens nõ ſit genus ad decẽ ꝑdicamẽta ꝓpter carẽtiã finitatis quã ſibi determiat: ens tamẽ finitũ cõe ad decem ꝑdicamẽta erit genuſ. ❡ Reſpõdeo: ſolutionem quere. Ens. n. diuidit̃ in ens quantũ ꝛ in ens nõ quãtũ: antq̃ diuidat̃ in decem ꝑdicamẽta. Ens enim q̃tũ poſtea diuidit̃ in ens finitũ ꝛ in ens iſinitum. Ens aũt finitũ diuiditur in decem predica

Nõ vult Scotus primo ſtiaꝝ. dẽſ. 2. iſtã ꝑmam ꝯditionẽ eſſe de ratione generis.

menta. ❡ Et ſi ens finitũ ꝛ limitatũ diuidit̃ in decem ꝑdicamenta: quomodo ſaluare poterimus ꝙ relatio nõ ſit formalr finita: Cũ per ſe icludat ſm̃ te ens finitũ ꝛ limitatũ. ❡ Ad hoc põt dici ꝙ aliqd dici formalr finitũ vel formalr iſinitũ põt habere duplicẽ itellectũ. Unoꝰ ꝙ finitas vel infinitas ꝯſequeret̃ tanq̃ genus ꝛ modus itrinſecus formale conſtitutiuũ alicuꝰ vel ꝯſequeret̃ potẽtiale ʒ̄bibile ꝑ ſe icluſuʒ in eo. Exemplũ. hõ poſſet dici formalr finitus: vel q2 finitas ꝑ ſe: ꝛ formalr ꝯſeq̃ret̃ rõnale tanq̃ modus itrinſecus eius: qḋ eſt formale ꝯſtitutiuũ hoĩs: vel ꝙ ꝯſequeret̃ nãm generis: vtpote aĩalitatẽ: vel vtrũq;: ſic oĩa ꝑdicamẽta ẽẽ finita formalr ꝓut infinitas ſe tʒ ex parte potẽtialis ʒ̄bibilis: ꝛ per ſe q̇ditatiue icluſi i ipſis oĩno neċio eſt ꝯcedẽdũ. Sed ꝑdicamẽta ẽẽ finita ꝓut finiẽs ꝯſeq̄tur formalẽ dr̃iaʒ ꝯſtitutiuã cuiuſlʒ pdcᵗⁱ q̃tũ ad tria ꝑma genera eſt ꝯcedẽdũ. ſ. ſubaʒ: quãtitatẽ ꝛ qualitatẽ. Sed q̃tum ad 4ᵐ genus relatiõis oĩno eſt negãduʒ: de alijs aũt. 6. generibus ſub dubio relinquat̃: q2 forte idẽ eſt iudiciũ ḋ alijs reſpectibus extriſecis aduenientibus: ſicut de relatiõe. ❡ Predicamẽtũ igit̃ relõnis hñt eſt formalr finitũ quãtuʒ eſt ex parte potẽtialis: ſed nõ eſt formaliter finitũ quãtũ eſt ex parte dr̃tie formalis ipſum ꝯtrahẽtis ꝛ diuidẽtis deſcẽdendo per differentias vſq; ad vltimã dr̃iam idiuidualẽ. ❡ Et ſi dicas ſi dr̃ia ꝯſtitutiua ꝑdicamenti relationis vel quecũq; alia dr̃ia eiuſdẽ gñis diuiſiua vel conſtitutiua in illo genere nõ hʒ ſm̃ ſuã rõnem formalẽ finitatẽ vel iſinitatem tanq̃ eius modũ itrinſecũ: quõ poterit componere cũ genere qḋ ꝯtrahit: ꝛ habere rõnem partis perficiẽtis ꝛ actuãtis: Cũ tu dicas ꝙ nihil hʒ rõnem partis: nec componit cũ aliquo niſi rõnem eius formalẽ per ſe cõſequat̃ finitas. per hoc. n. dixiſti ꝙ entitas nõ hʒ rõnem generis: cũ nõ habeat rõnem partis ꝓpter carẽtiã finitatis: que per ſe nõ cõſeq̄tur eam tanq̃ modus eiuſ itrinſecus. ❡ Hic põt dici ꝙ conceptus relatiõis proprie non eſt compoſitus ex pluribus partibus cũ formale cõſtitutiuũ eius nõ habeat rõnẽ partiſ. Lʒ ſit reſolubilis in contrahibilem ꝛ contrahentem: q2 lʒ eius potẽtiale ſit cõtrahibile ꝛ componibile quãtũ eſt ꝑ ſe: Et habeat rõnem partis: nõ tamẽ formale ꝯſtitutiuum eius. Et hinc eſt forte ꝙ ꝓhi ponũt ꝙ relatio nõ componebat cũ aliquo: ſicut album ſimile nõ eſt magis compoſitũ q̃ album. Et vẽ eſt: q2 relatio: lʒ ex parte potẽtialis ſit finita ꝛ per cõſequens componibilis: nõ tamẽ ex parte conſtitutiui formalis. Quodlibet igitur genus inquãtum icludit ꝑmum potẽtiale finitum ꝛ limitatum eſt finitum: nõ aũt inquãtum includit differentiaʒ: niſi tantũ tria ꝑma genera. ❡ Quartum dubiũ de ꝯtractiõe entis ad decẽ ꝑdicamẽta nõ ipedit: cũ. n. q̄rit̃ ꝑ que cõtrahit̃ ens: dr̃ iſta tria ꝑ ordinez. ꝑ̇ᵒ ꝙ ʒ̄hit̃ ꝑ aliqd additũ: q2 ſemp ʒ̄hẽs ẽ ex̃ rõnẽ ʒ̄ti: ſicut dr̃ia ex rõnẽ gñis: ꝛ ẽ aliqd additũ: q2 nihil ſe ʒ̄hit. 2ᵐ dcñ ꝙ nõ ʒ̄hit̃ per modos itriſecos ꝑmo ꝛ ꝑ ſe: q2 ſicut alias dicet̃ illi nõ variãt rõnẽ fõmalẽ ꝯſtituti. Cõtrahẽtia ãt. x. ꝑdicamẽtoꝝ variãt rõnẽ formalẽ ipſoꝝ cũ ſint genere diuiſa. 3ᵐ dcñ ꝙ ens ʒ̄hit̃ ꝑ dr̃ias formales: que ſunt ꝑ ſe diuiſiue entis ꝛ cõſtitutiue decẽ ꝑdicamentoꝝ. ❡ Quintũ dubiũ nõ cõcludit cum dr̃ ꝙ indiuiduum entis in ſuba ꝛ accidentibus ſunt

Videt̃ ꝙ doctor ſibi ꝯdicere. ꝛ. 9. metaphy. vbi dicit. relatiam ꝯſtitutiuam ſube ꝓſtare liſ: nec finitatem nec infinitatem formaliter. ꝛ primo theologie. capite primo.

Teneo ſm̃ Scotum ꝙ iſta contractio nõ ſit niſi ꝑ intellectum.

eiuſdem rationis: ⁊ per ꝯñs ſi vnum eſt depẽdens eẽtialr: ⁊ aliud: qꝛ habebũt paſſionẽ eiuſdem rationis. igiẽ vel ambo induidua erunt depẽdẽtia eſſentialr: vel indepẽdẽtia eſſentialr. ¶ Ad iſtud dubiũ reſpõdeẽ: ⁊ ſunt tria dicta. Primũ ꝙ quiditas entis per ſe icluſa in accñte nõ depẽdet eẽntialiter a ſuba: ſicut accñs a ſubo: qꝛ nullum ſuperius ſic depẽdet a ſuo ĩferiori. Scðm dcñ ꝙ idiuiduũ entiꝫ ſiue in ſuba ſiue in accñte abſtrahit ab omni eſſe in ſe: ⁊ ab omni eẽ in alio: ſicut ⁊ ipa qditas entis. Tertiũ dcñ ꝙ non eſt vlr verꝫ ꝙ qcqd per ſe ineſt perſeitate ſecũdi modi vni idiuiduo: ⁊ qcqd eſt demõſtrabile de vno idiuiduo: ⁊ eſt demõſtrabile de alio eiuſdẽ rõnis. Qꝛ nõ eſt verũ niſi q̃tuꝫ ad illa predicata que per ſe ĩſunt eis ratiõe quiditatis eis cõis: ⁊ que per ſe ĩſunt illi qditati cõi ⁊ pͦ. Multa aũt ꝑdicata ſecũdi modi ĩſunt eiꝫ ratione ꝓprie dr̃ie indiuidualis. Nec opꝫ ꝙ talia predicata: ⁊ per ſe paſſiões ſint eis cões: ſicut nec dr̃ie idiuiduales a qbus tales paſſiões oriunẽ. Sic in propoſito põt dici. Depẽdẽtia eẽntialis ad ſubãm põt per ſe ineẽ idiuiduo entis in accñte rõne differentie idiuidualis ꝓprie que nõ inerit idiuiduo entis in ſuba: lꝫ iſta indiuidua ſint eiuſdẽ rõnis: qꝛ talis depẽdẽtia nõ ineſt rõne predicati cõmunis: ſed ratione dr̃tie cõtrahẽtis. Iſta ergo dubia. ſ. contra entis vniuocationẽ ad decẽ predicamẽta ſunt excluſa. Ideo cõcludiẽ ꝙ ens inquãtum ens ſit vniuocum ad illa. ¶ Ens inquãtum ens dicit vnam rõnem determinatam cõnumerabilẽ cõtra alias. Sit h̄ ſecũda ꝓpoſitio: hec ꝓbatur ex prima: qꝛ ex quo eſt quiditas vniueca decem predicamẽtis in qua cõueniunt: ⁊ eſt in eis alia qditas in qua differunt: ſeqtur neceſſario ꝙ h̄ rõ nõ ſit illa: ſed numeretur contra alias. ¶ Et ſi dicas ꝙ hoc nomẽ ens eſt impoſitũ ad ſignificãdũ omne poſitiuũ: qð eſt extra nihil. Et qcqd cõtineẽ in quolibet ꝑdicamẽto. Et nõ ad ſignãdũ vnã qditatẽ cõnumerabilem cõtra alias. Põt dici ꝙ nõ opꝫ multũ ꝯtendere de noibus: ſed tñ de ſigto nominũ. nã ⁊ ſi ens ſit impoſitũ ſm a. ad ſignãdũ omne poſitiuum qð eſt extra nihil: põt tamẽ ſm b. impoñi ad ſignãdũ vnam qditatẽ determinatã modo iã dicto. Et ſi fiat vis de hoc nomie ens: ⁊ volueris ꝙ illa qditas determinata ⁊ preciſa: ⁊ cõnumerabilis ꝯtra alias: non vocetur ens: ſi placet vocetur b. vel qditas ꝑma ⁊ cõmuniſſima: que ſit reperibilis vniuoce in omnĩ eo qð eſt extra nihil: qꝛ de cõceptu cõmuniſſimo vniuoco eſt ſermo. Ad hanc ſecundã ꝓpoſitionẽ ſtatiꝫ ſeqtur 3ͦ. ſ. diſtinctio ex natura rei que ſtat cũ idẽtitate reali. ꝑma nãqꝫ cõceſſa habetur ſecũda. Ideo ab vniuocatiõe entis ad iueſtigandũ diſtinctionẽ formalẽ eſt icipiendũ. habito. n. ꝙ aliq̃ plura vniuocãtur in aliqua qditate cõmuni. Et diſtinguãtur in ſuis rõnibus proprijs. igitur ibi neceſſario iter illud cõe ⁊ illa ꝓpria erit aliqua diſtinctio vel non idẽtitas. Ad iſtas tres ꝓpões ꝑtes ſeqtur q̃rta. ſ. ꝙ ens inquãtũ ens põt habere aliquas paſſiones que ſunt cõnumerabiles ꝯtra rõnem entis ⁊ diſtincte ex natura rei ab illa. ¶ Ampliuꝫ autẽ ad has ſequitur quinta propoſitio. ſ. ꝙ ens inquãtum ens hꝫ differẽtias cõtrahẽtes: qꝛ nullũ predicabile de pluribus ĩ quid deſcẽdit in illiꝫ niſi per aliquid cõtrahatur: cũ de ſe nõ ſit hoc. ideo neceſſario ſeqtur ꝙ per aliquid additũ fiat hoc. ¶ Sꝫ oritur ex dictis magnum dubiũ: ſi primi conceptꝰ cõtrahentes ſunt per alios conceptus per ſe determinabiles: ſic ꝙ ex illo primo determinãte: ⁊ alio ipſum determinante cõſtituatur aliquid vnũ per ſe. ¶ Ad iſtud dubium reſpõdetur. primo ſic: ꝙ ſi ſic ponatur: ſequitur iſta incõueniẽtia: ꝙ ille conceptus ſic cõſtitutus nõ eſſet incluſus in aliquo ꝑdicamentorum: cum nõ includat in ſe primũ ꝯtrahibile alicuius generis: nec per ſe etiam predicationem entis inquãtum ens: qꝛ ſic ens non predicaẽ in quid de primo cõtrahẽte: ſic nec de determinãte illiꝰ ꝑmi determinãtis. ergo nec de ꝯſtituto: igitur ille cõceptus reſolubilis ꝯſtitutus ex duobus determinãtibus cõſtitueret per ſe vnũ genus generaliſſimum: ⁊ vnũ aliud predicamẽtuꝫ a. x. ꝑdicamentis Ari. cum nõ haberet ſupra ſe aliquod ſuperueniẽs genus: ideo nullo modo poſſet includi infra coordinationẽ alicuiꝰ ꝑdicamẽti. ¶ Idẽ videẽ iudiciũ de quacũqꝫ alia dr̃ia contrahente. ¶ Iõ cõcludiẽ ꝙ nulla eſt ꝯhibilis per ſe: ſed per accidẽs.

Habet autem dubitationē magnā ex di ctis trahētē originē. ꝑ qm̄ ſic ponendo mām ꝑmā eſſe qditatē entis limitati per ſe incluſaꝫ in ꝑmis. io. generib^9^: ⁊ i oīb^9^ cōtētis in illis: ſeqtur ꝙ ꝓductio de nihilo q̄ creatio dr̄: nō differt a gnōne nāli: qm̄ nō plus ꝑſupponit in vna q̄ꝫ in alia: qꝛ in vtraqꝫ ꝑſupponit qditas q̄ trahitur de nō eſſe ad eē. ¶ 2^m^ dubiuꝫ: qm̄ ſeqtur ꝙ oē ꝑ ſe cōtētū in aliquo. io. geneꝝ erit ꝯpoſitū ex mā ⁊ for ma: ⁊ ꝙ nō ſit aliqua forma ſimplex nec itelligen tia nec aliqd aliud. ¶ Diſſolō aūt iſtaꝝ difficulta tū eſt polis nec ipedit ꝓpoſitū. nā cū ꝑ dr̄ ꝙ gnō na turalis nō dr̄t a creatiōe de nihilo ſeu ꝓductione de nihilo. Certū ꝙ ſic dr̄ant: qm̄ ꝓductio ex nihilo ſeu creatio nihil oīo preexñs ꝑſupponit nec in fcō eſſe nec in fieri. gnō aūt nihil ꝑſupponit in facto eē ꝑmanens: ꝑſupponit tñ aliqd in fieri ꝑexñs: qm̄ ð non exñte nihil pōt nālr gnāri. Lꝫ illud ꝑexñs nō maneat i ꝓducto ſub ꝑori exñā: tamē ꝑmanet ſub alia exñtia per gnōnē acquiſita. creatio aūt fit oīo de nō exiſtente. Lꝫ enī ꝑſupponat qditatem in eē qditatiuo: nō tñ ꝑſupponit eā exñteꝫ. Uolo aūt ti bi ponere exēplū vt plane intelligas: qm̄ in gnōne nāli ignis ex aere generat igneꝫ: aer exiſtit in fieri nō i facto eē. ſ. in igne inde gnāto: nihil preexñs in aere manet ſub illa exñā in igne ſꝫ ſub alia: ſꝫ totuꝫ trāſit in aliud totū: qꝛ ſicut aer ſeꝑatur a ſua exñā ſic forma aeris a mā aeris ⁊ trahit qditas mãe ae ris ad aliā exñtiaꝫ: ⁊ hoc maxime aꝑꝑet eſſe dōm: ſi ꝯpoſito ꝑ ſe nō inſit niſi vna exñtia actualis ma terie: forme ⁊ ꝯpoſiti: qō ꝓbabile vr̄ eſſe: ita ꝙ i cor ruptiōe aeris cū ignis gnātur: forma ⁊ mā ⁊ quidi tas aeris amittunt exñtiā ꝑorē aeris. ſola aūt qui ditas mãe aeris tranſit ad aliā nouā exiſtentiaꝫ. ſ. ignis gnāti: forma aūt aeris ⁊ qditas totius ꝯpoſi ti aeris nō trāſeunt ad aliā exñtiā ſꝫ manent in eē qditatiuo ſine omni exñtia: ⁊ ſic aer cor^r^ ⁊ deſinit eē. Similr forma aeris cor^r^ qꝛ deſinit exiſtere ſim pliciter: cum exiſtat in igne ⁊ aere genito: lꝫ exiſtat alia exñtia. ¶ Et ſi arguas ꝙ ſicut h̄ idiuiduū ae ris cor^r^. ⁊ h̄ forma aeri cor^r^: qꝛ deſinit exiſtere ſim plr: mā aūt nō corrūpit: cū nō deſinat exiſtere ſim pliciter. ſic vr̄ ꝙ h̄ mā aeris ſignata corrūpit cum nō ſit niſi ſingulare entis limitati. hoc aūt ſingula re vl̄ idiuiduū entis limitati ſimplr deſinit exiſte re: alias ſeqret ꝙ aer ⁊ ignis eēnt idē indiuiduum entis limitati qō eſt fl̄ſꝫ. ¶ Dic rndet ꝯcedēdo ꝙ idiuiduū entis limitati in aere: qō ꝓprie dicit hec mā ſignata aeris tota deſinit exiſtere: ⁊ ꝑ ꝯñs cor^r^ ſicut cōpoſitū aeris ⁊ forma aeris. Sed dñā eſt in hoc: qm̄ qditas entis limitati q̄ mā ꝑ^a^ cōis oībus aꝑꝑellat ꝑ ſe iclūſa i hac mā ſigta aeris ſimplr nō deſinit exiſtere: ſed trāſit de exñā aeris ad exñam ipſi^9^ ignis gnāti: lꝫ ſub alia hecheitate ⁊ dñā idiui duali trāſeat. forma aūt aeris ⁊ cōpo^m^ aeris nō trā ſeunt de exñā aeris ad exñam ignis generati: nec ſub eadē dñā idiuiduali: nec ſub alia: ſed non deſi nūt exiſtere ſimplr. ¶ Et ſi arguas adhuc ꝙ ex di ctis iſtis ſeqtur ꝙ eadē materia numero nō erit in generato ⁊ corrupto ſucceſſiue. qō eſt ꝯ Ari. ꝑ phi ſicorū. ꝑ de generatione. 22. Reſpondeo tibi ⁊ cō cedo ꝙ eadē materia nūero nō erit in generato ⁊ corrupto niſi ꝑ eqʒualētiā. ſufficit. n. ꝙ aliqō poſiti uum vnū indiuiſum vnitate ſibi ꝓpria ſit in gene rato ⁊ corrupto: ⁊ qō tranſeat de exñā aeris ad exi ſtētiā ignis. Or aūt illud ſit vnū vnitate trāſcendē ti vel numerali hoc accidit: vel pōt dici ꝙ in tranſ mutatione accidētali manet eadē materia nume ro i generato ⁊ corrupto: nō aūt ſubſtāciali: vbi to tum trāſit in totū. Manifeſtū eſt aūt ꝙ in creatio ne ſeu in ꝓductione de nihilo fit aliqd ex non pre exiſtente ſimplr: nec in fieri: nec in facto eſſe: ſicut poſuit Aui. in. 9°. metaphyſice ſue ꝙ ꝑ^a^ intelli^a^ pro ducit 2^am^ de nihilo ⁊ 2^a^ 3^am^: ⁊ ſic de aliȷs: qꝛ nec in fieri nec in facto eē eſt aliqd ꝑſuppoſitum i tali fa ctione: ſicut ponit: in generatione aūt phy^ca^ ꝑſup^r^ mā actu exñs in fieri: lꝫ in producto ipſa nō mane at ſub ꝓpria exñā. ſed ſub alia noua ſibi aduenien te: ⁊ hec dicuntur eē vera in generatione ſubſtan tiali ſimplr: vbi totū ſm ſe totū ⁊ ſm oēm partem ſui capis eſſe ſimplr.

Nota ꝙ apud cō mētatorē ſōm ha bēs calitatem ſu pra formā cuiuꝫ creationeꝫ: etiā ſi forme nō ſint in choate in mā.

Ego teneo ad mētē cōmentato ris nō dari crea tionē neqꝫ nouaꝫ neqꝫ aliquā: cui libet. n. mutatiōi necio ſubſtetur aliquid.

Specialem aūt difficultatē reqrit genera tio ſꝫ qd: vt ē generatio homi nis albi: qd ibi abqcit ⁊ qd etiā acquiritur ibi cuꝫ non videat ꝙ totū trāſeat in totū ſimplr: ſed ſcōm

qd. Sciẽ aũt ⁊ bene ꝙ in generatione cõpoſiti per accñs: aliqd pſupponiẽ pexñs ⁊ i fieri ⁊ in facto eẽ ꝑmanẽs. ſ. ſubm in actu: nã cũ de hoĩe nigro fit homo alb⁹: hõ actu exñs ſub nigredine tranſit ad exiſtẽtiã albedinis nõ amittẽdo ſuã ꝓpriã exñaꝫ ſimplr qua exiſtebat ſubm ſub nigredine: ſꝫ amittat exñam ſm qd. ſ. exñam nigredinis. Cũ. n. trãſit ad albedinẽ nõ acqrit nouã exñaꝫ ſimplr: ſꝫ tñ nouã exñam ſm qd. ſ. albedinis. Sciẽ nãqꝫ ꝙ ſicut i cõpoſito ꝑ ſe vno: forme ⁊ mã exiſtunt ſimplr vnica exña numero: ſic in cõpoſito ꝑ accñs ſubm: vt hõ ⁊ forma: vt albedo ⁊ ꝯ[tm]: vt hõ alb⁹: exiſtũt vnica exña ſm qd. Ex hoc pꝫ manifeſte ꝙ in quolꝫ ꝯ[to] ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ accñs eſt aliqd cõpoſituꝫ additũ pter ꝑtes. ſ. exña actualis q̃ eſt aliqd poſitiuũ diſtictuꝫ vel nõ idẽ ab albedine ⁊ ab hoĩe ⁊ ab ambobus ſimul ſumptis. ¶ Et ſi q̃ras. an ſi ꝑ poſſibile vel impoſſibile albedo eẽt ſeꝑata ab hoĩe an exiſteret ꝑ ſe eadẽ exña nũero qua exiſtebat vnita ſubo. Dr̃ ꝙ nõ: qm̃ i ſubo exiſtebat quadã exña cõi ſibi ⁊ ſubo: cũ aũt ſeparatur a ſubo exiſtit quadã exña ſibi ꝓpria: ⁊ addita alia a priori. ¶ De entitate tertia in ꝯ[to] ſubſtãtiali ſeu accñtali infra ꝓlixior erit ſmo. Sic igiẽ eſt tibi ſufficiẽter oñſum in q̃ differt generatio nãlis q̃ eſt ex aliq̃ pexiſtente in actu a ꝓductione de nihilo q̃ eſt oĩno nõ exñtel ſimplr i actu. Lꝫ hñ pſupponiẽ aliqua qditas ſaltem qditas mãe p̃ͤ ⁊ cõis oĩbus que dr̃ qditas entis limitati vel nã q̃ ſubꝫ phĩe nãlis aſſignaẽ: que mã: vt dictũ eſt: nec ẽ qd: nec quale: nec q̃tuꝫ: ⁊ ſic de aliys cathegoriys: ſꝫ cõis eſt .10. primis generibus cõitate predicatiõis primi modi: quia per ſe in quolibet eſt incluſa.

Amplius autem de dubitatione ſecũda prius dicta. ſcꝫ ꝙ nulla ſuba erit ſimplex: ⁊ ꝙ oĩa ꝑdicamẽta erũt cõpoſita ex mã ⁊ forma reſtat aliqd eẽ dõm. ¶ Dicamus ꝑ ꝙ eſt aliqua ſuba ſimplr ſimplex: ⁊ aliq̃ cõpoſita ex mã ⁊ forma. Suba. n. accipiẽ duplr vel ꝑ ꝑncipiys itriſecis ſube: ſicut mã dr̃ ſuba: ⁊ for⁹ dr̃ ſuba: vel pro toto cõpoſito: q: ſuba dr̃ taꝫ de forma q̃ꝫ de mã q̃ꝫ de cõpoſito. Accipiẽdo aũt ſbaꝫ ꝓ mã vl̃ forma: talis ſuba ſimplex eſt: q: ⁊ mã eſt ſimplr ſimplex: ⁊ forma ſimplr ſimplex. mã dico oĩno primã que ẽ ſimplex: eſt. n. ita ſimplex ꝙ nõ eſt reſolubilis in aliã mãm ⁊ formã: ſꝫ ſit reſolubilis in qditatẽ entis ſimplr ꝑmã: ⁊ in q̃dã dñiam ꝯhẽtẽ ⁊ conſtituentẽ. Quiditas ẽt forme eſt ſimplr ſimplex. ẽ enim oĩno irreſolubilis: cũ nõ ſit niſi dñia ꝯtrahẽs ⁊ cõſtituẽs. Ex iſtis aũt ꝑncipyꝭ ſimplr ſũptis: cõſurgit ⁊ ꝯſtituiẽ ſuba ꝯpoſita ꝑ ſe in genere: ſi dñia illa ſit dñia ſubalis: ſi aũt ſit accidentalis ꝯſtituiẽ cõpoſitũ ꝑ ſe in aliq̃. 9. generũ accidentiũ. Cõcedimus ꝑ ꝙ oẽ illud qd eſt per ſe in aliquo genere eſt cõpoſitũ ex mã ⁊ forma: cũ ſit ꝯpoſitũ ex genere ⁊ dñia. Genus aũt voco mãm. dñiam vero formam. ¶ Et ſi arguas ꝙ phĩ ⁊ cõis ſchola: imo tu ẽt diuiſiſti eam ſic i tua meta[ca]. Suba alia materialis ſeu corꝑalis: alia imãlis ſeu ſpiritualis. tu autẽ nũc ponis oẽm ſubam eẽ materialẽ cũ ponas eẽ cõpoſitã ex materia ⁊ forma. Diſſolutio aũt iſtius argumẽtationis ſtat in hoc: qm̃ imaterialitas vno mõ accipitur: vt eſt oppoſita q̃titati: ſcdo modo vt eſt oppoſita hecbaitati. tertio mõ: vt eſt oppoſita mãe q̃ eſt altera pars cõpoſiti: accipiẽdo ꝑ mõ imãlitateꝫ vt eſt oppoſita q̃titati: ſunt multe ſube imãles: cũ ſint nõ quante ⁊ nõ extenſe: accipiẽdo etiã imãlitatẽ vt ẽ op⁹ hecbaitati: ſũt mlte ſbe imãles: loquẽdo plonice ⁊ etiã ꝑipatetice ſicẽ fuit dictũ in. 7. ⁊ 8. metaphyſice in tractatu de ydeis ⁊ quiditatibus ſimplr. Dictuꝫ nãqꝫ fuit ibi: ꝙ eſt dare per ſe hoĩem: ⁊ ꝑ ſe roſam que nõ ſunt nec iſta roſa nec illa: nec iſte hõ vl̃ ille: ſꝫ ſũt hõ ſimplr ⁊ roſa ſimplr ⁊ ſube imãles imãlitate oppoſita hecbaitati. ſ. ⁊ ſingularitati. ¶ Et ſi arguas ꝙ ſic ponẽdo mãꝫ: ſicut dictũ ẽ de qditate cõi ꝑdicamentali de iferioribus ſibi repugnat cõtradictorie exiſtere ſine for[ma]: cuius oppo[itum] ferẽ a pluribus eſſe verũ. ¶ Hic põt dici ꝙ adhuc nõ ſeqtur: qn poſſit exiſtere ſine forma: qm̃ de hoc eſt ars vl̃is tradita in. 8. meta[ce]. ibi dictuꝫ eſt de ſeparatiõe vl̃ium a ſingularibus ⁊ magis vl̃iuꝫ a minus vl̃ibus in eſſe reali. Dictũ eſt ibi ꝙ hõ vl̃is põt exiſtere ſine q̃cũqꝫ hoĩe ſingulari: ⁊ aĩal ſine hoĩe: ⁊ q̃cũqꝫ ſpecie cõtẽta ſub ea: ⁊ ſic ſemper aſcẽdẽdo vſqꝫ ad ſubm nãlis phĩe. ſ. ad qditatẽ entis limitati que mã oĩno ꝑ p⁹ cõis oĩb⁹ dr̃: ⁊ illa põt trahi ad exñaꝫ abſqꝫ hoc ꝙ eius dñie ꝯhẽtes ſeu forme trahãtur ad aliquã exñam actualẽ: mã ꝑ ꝑ ſe põt exiſtere ſine forma ſuppoſita ſeꝑatione vl̃ium a min⁹ vl̃ibus in eſſe reali. Si vͦ nõ: minime. Palaꝫ igiẽ ex dictis de principyꝭ reꝝ nãlium ꝙ opi. democriti ⁊ Anaxagore de infini[tis] principioꝝ nõ eſt vera: qm̃ a p̃ ꝑncipio ⁊ generaliſſimo. ſ. ab ente limitato: qd prima mã cõis omniũ dr̃ vſqꝫ ad ſpẽm ſpecialiſſimã nõ ſunt ꝑn⁹ intrinſeca infinita: qm̃ oĩa gña intermedia numero ſunt finita: a ſpecie aũt ſpecialiſſima vſqꝫ ad indiuiduuꝫ non eſt aliquod intermedium. Opi. aũt meliſſi ꝙ tm̃ eſt vnum principium ⁊ immobile: quãtũ ad vnitatẽ nõ eſt vera: q: nõ eſt tm̃ vnũ ꝑn[m]: vt dictũ eſt. quãtũ ad imobilitatẽ terminatiuã ſiue obiectiuã: ſic ꝙ illud principiũ non capiat eẽ ſimplr poſitiuũ fuit vera: ſed quãtum ad imobilitatẽ ſubiectiuã ſeu denominatiuã nõ fuit vera: q: illud vnũ principiuꝫ qd mã dr̃ eſt mobile ſubiectiue ⁊ denominatiue. Sed opinio Ariſto. vt in pluribus q̃tum ad ternitatẽ principiorum duorum oppoſitoꝝ ⁊ vnius ſubſtrati terminuꝫ cõem deferẽtis: quã vocat mãm fuit vẽa: ſicut tñ fuit dictũ ſupea vl̃r nõ fuit vera: qm̃ ſicut fertur in ꝓductione ab eterno: ⁊ i ꝓductiõe terminata ad aliqd ſimplr pexñs nõ ſunt tria principia: q: nulluꝫ principiũ priuatiuũ: ſed tantum mõ principia poſitiua mã ⁊ forma. Cõcedimus igitur in hac phyſica: ⁊ cõfitemur in omni productione nãli eſſe duo principia intrinſeca poſitiua. ſ. mã ⁊ forma: ⁊ cõcedimus ꝙ in productione naturali: vt in pluribus tria eſſe principia duo poſitiua. ſcilicet materiam ⁊ formã ⁊ vnum priuatiuum.

¶ Oſtendit tm̃ cõpoſitũ generari. Caput. IIII.

PRopoſitio 3[a] phoꝝ ꝯcluditur ex duabus ꝑmis. ſ. ꝙ ſolũ cõpoſitũ fit: ſic ꝙ nec forma nec mã fit: ſed ſoluꝫ cõpoſitũ: ⁊ hec ꝓpõ vera eſt ſm eos: ⁊ in ꝯ[to] ꝑ ſe vno: ⁊ in ꝯ[to] ꝑ accñs. Dicimus ergo in ꝑmis de compoſito ꝑ ſe: ⁊ 2[o] dicemus de ꝯ[to] ꝑ accñs. De ꝯ[to] per ſe manifeſte apparet ꝙ ſolũ fit: qm̃ ex ſubſtrato qd trãſit de oppoſito ad o[m]: vt de affirmatione ad negationem vl̃ de negatione ad affirmationẽ ⁊ altero oppoſitorũ fit omne qd fit: ⁊ illud neceſſariũ eſt cõpoſitũ. For[a] nãqꝫ ſeorſum non eſt facti[lis] cum nõ correſpõdeat

Declarat alias generari terminatiue ⁊ ſubiectiue nõ eſſe gñari. aliter albedo alteriret mã ꝑma nutriretur.

ſibi propria exiña:ſed eadeȝ cōis ſibi ⁊ mā:ſicut ge‑
neri ⁊ dñie ꝯbibili ⁊ ꝯbēti corrñdet vna exña: vna
inquā vnitate abꝰ:⁊ hoc eſt qd̄ intēdit ꝯᵐ.z.a.7.7.
m.zi.cū dicit ꝙ mā ⁊ forma in cōpoſito ī vitate nō
ſunt zᵒ:qd̄ pro tāto verū eſt cū nō ſint due res ī cō‑
poſito:ſȝ tñ vna exña actualis eis corrñdet:ſȝ ſint
due qditates vna actualis ⁊ alia potēntialis. Dictū
aūt Ari.cōſonat cū hoc qñ dicit ꝙ gnātio termina
tur ad aliqd̄ ꝑ ſe vnū: qd̄ verū ē cū terminatur ad
actualē exñam vnā māe ⁊ forme in ꝯᵗᵒ que ꝑ ſe eſt
ꝯᵗᵘ per accñs aūt forme ⁊ materie. ¶ Et pono tibi
exēplū:qñ hō producit̄:ſȝ aīalitas ⁊ rōnalitas trā‑
ſeat de nō exña ad exñam:⁊ ſilr hūanitas:humani
tas tñ ꝓ tranſit ⁊ ꝑ ſe:ꝑ accñs aūt rōnalitas ⁊ aīali‑
tas. ¶ Fert̄ aūt a quodā de ꝯparatione māe ⁊ for
me ad cōpoſitū:qꝛ cōpoſitū eſt magis ens ꝙ̄ mā ⁊
forma. Ratio aūt huius dicti ſm eū.qñ cōpoſitū
eſt in actu:mā ⁊ forᵃ ſunt in cōpoſito in potētia: qꝛ
ſi mā ⁊ forma eēnt in ꝯᵗᵒ in actu: cōpoſitū nō eſſet
ꝑ ſe vnū:ſed ꝑ aggregationē:ſicut dicit cōmētator
⁊ hñ.z.a.7. ¶ zᵐ dictū eſt. ꝙ mā ⁊ forma ſunt rō ⁊
cā eſſendi cōpoſito maᵗ:ſȝ.n.forma reſpectu mate‑
rie hēat rōnē forme:tñ reſpectu ꝯpoſiti inducit ra

Volo ego ꝙ for ma hēat rōnem forme reſpectu cōpoſiti: qꝛ illi ē intrinſeca.

tionē materie:qꝛ iducit rōnē potētie: totū vō reſpe
ctu māe ⁊ forme hȝ rōnē actꝰ:⁊ ſe hȝ reſpcū forme
vt formale ⁊ actuale:qꝛ totū eēntiale reſpectu ſua‑
rū ꝑtiū eſt eaꝝ ꝑfectio.formale aūt eſt actus ſuaꝝ
ꝑtiū. ¶ Tertiū dictū eiuſdē eſt ꝙ totuȝ eſt finis ⁊
terminus entitatis ſuaꝝ ꝑtiū:qꝛ ꝑtes nō intēdūt̄
finalr̄ niſi ꝑꝑ entitatē totius:⁊ ſic ē totū cā partiuȝ
in duplici gn̄e cauſalitatis.ſ.in genere cauſe forma
lis ⁊ cauſe finalis.partes aūt ſunt cā cōpoſiti preci
ſe in genere cauſe mālis:⁊ pȝ ꝙ totū eſt cā partiuȝ
pluribus modis ꝙ̄ ꝑtes ſint cāe totiꝰ.pȝ ēt ꝙ totū
eſt nobilius ꝙ̄ partes. ¶ Et ſi dicas ꝙ forma eſt
actus nō includēs potētiā partē ſui. cōpoſitū autē
ícludit potētiā partē ſui: igit̄ forma nobilior eſt cō
poſito.Dicit̄ ꝙ ipſamet forma:ſȝ nō icludat potē‑
tiā ꝑtē ſui.tñ eſt in potētia reſpectu cōpoſiti:nā for
ma comparata ad māmi ſeipſa eſt in actu:qꝛ ſeipſa
actuat māmi:iō forma eſt magis in actu ꝙ̄ mā:ſed
forma cōparata ad cōpoſitum nō eſt i actu:ſȝ ſeipſa
tota eſt in poᵃ ad eē cōpoſiti:igit̄ cōpoſitū magis ē
in actu ꝙ̄ forma:⁊ ꝑ ꝯñs ꝑfectius. ¶ Quartū dctū
eiuſdē eſt ꝙ ſubm generationis forme eſt ipſa mā

Nota ꝙ eſſe in actu ⁊ ī potētia ꝯferunt cōpōnē nō eē actuȝ ⁊ potentiam.

ſubm aūt gnōnis cōpoſiti adequatū eſt mā ⁊ forᵃ ſi
mul:qꝛ forma reducit̄ ꝑ actionē agētis ad actū cō‑
poſiti:⁊ ita cōpoſitū generat̄ ex vtroqȝ māli:māli
ſcȝ cōpoſiti ⁊ materiali forme. ¶ Quintū dictum
eiuſdē eſt iſtud:ꝙ cōpoſitū magis generat̄ ex forᵃ
ꝙ̄ ex mā. Ratio huius dicti eſt iſta quia vnumqd̄‑
qȝ generat̄ ex qbus ē.cōpoſitū aūt ē ex vtroqȝ ꝑnᵒ
⁊ magis ex forma ꝙ̄ ex mā.Quid aūt vitatis dicta
iſtius doctoris cōtineant:apparebit inferius cū lo

Apud cōmentatorē forma ē tota eſſentia rei ⁊ virtualiter tota ꝑfectio cōpoſiti

quemur de entitate cōpoſiti an ſit aliquid aliud a
ꝑtibus ſimul ſumptis:ergo vſqȝ ad locū illū diſſo‑
lutionē differamus.Dictū eſt igitur de ꝯᵗᵒ per ſe ī
gn̄e ſubē ꝙ ſolum compoſitum fit ⁊ generatur:for
ma autem non fit:nec generatur.

Amplius autem de cōpoſito per acci‑
dēs reſtat inquirere:
an generetur per ſe.Dicamus ǧ in ꝑmis ꝙ in om‑
ni genere ꝑdicamētali forma nō fit:ſed cōpoſitum
ꝑ ſe fit ⁊ generatur:compoſitū dico ꝓpꝛiȝ generis.
¶ Et pono tibi exēplū:nā albedo in genere quali

tatis fit ꝑ ſe que eſt quoddaȝ cōpoſitū ex mā ⁊ for‑
ma propꝛiȝ generis:qꝛ ex colore tanꝙ̄ ex potentia‑
li ⁊ materiali:⁊ ex quodā actuali perficiēte ⁊ ꝯtra‑
hēte:⁊ quiditas albedinis ex illis cōſtituta eſt qd̄‑
dā cōpoſitū per ſe:qd̄ quidē cōpoſitū virtute ꝓdu
ctionis agētis trahitur ad exñam actualē: ⁊ ſic fit
vnū per ſe ⁊ generatur.Deinde vnitur ſubo: ⁊ for‑
te per aliā actionem ēt fit vnuȝ ꝑ accñs ex illis:vt
albū:ſed albedo fit ꝑ ſe:⁊ ſic ī nullo genere forma
fit ꝑ ſe:ſed cōpoſitū tñ. Aliter ēt dr̄ ꝙ in cōpoſito
ꝑ accñs forma nō fit:ſed tñ cōpoſitū: qñ ſubm:vt
pote hō actu exñs:⁊ qditas albedinis nō actu exi‑
ſtēs:iſta duo virtute actionis agentis trahūtur ad
vnā exñtem actualē ſubo ⁊ forme cōmuneȝ ⁊ ade‑
quatā: et nulli coꝝ propꝛiā:⁊ ſic pȝ manifeſte ꝙ ꝓ
ductio terminata eſt ad exñam totius ꝓ ⁊ per ſe ⁊
nō ad exñam ꝑ ſe forme.cū forma nullā exñam ha
beat.vt exiſtat niſi exña cōi ſibi ⁊ ſubo. ¶ Et ſi ar

Aduerte ꝙ nō eſt opus terminum q generatur eſſe vnum ꝑ ſe: ſȝ tñ terminum quo.

guas.impoſſe vr̄ ꝙ ſubm poſſit exiſtere in actu du‑
plici exña:hoc aūt ſeqtur ex dictis. Rñdeo tibi ꝙ
nō eſt inconueniēs ꝙ ſubm poſſit exiſtere duplici
exña vna ꝑ ſe ꝓpꝛiȝ generis:⁊ alia per accidēs alte
rius generis.Et ratio huius dicti ē iſta:qꝛ ſic̄ ſubȝ
pōt actuari ⁊ informari forma ꝓpꝛiȝ generis.ſ.for‑
ma ſubſtātiali:⁊ accidētali forma alteriꝰ generis:
ſic poterit hēre duplex eē exñe:qꝛ eſſe eſt a forma.
¶ Et ſi arguas adhuc ꝙ ſubm nō exiſtit tñ dupli
ci exña ſm iſtā pōnē:ſed magis exiſtit īfinitis exi‑
ſtētiis:qꝛ tot exiſtētiis exiſtit quot pōt recipe for‑
mas accidētales.Cōcedo tibi ꝙ tot exiſtētiis acci‑
dētalibꝰ pōt exiſtere quot formas accidētales: ⁊
realr̄ diſtinctas ab eo ſeꝑabiles pōt in ſe recipere:
ſicut tot effectus formales illaruȝ recipit. ¶ Et ſi
adhuc queras ſi forme accñtales ꝑ poſſibile vl̄ im
poſſibile ſeꝑentur actualiter a ſubo nunqd exiſte‑
rent eiſdē exiſtentiis numero qbus exiſtebāt cuȝ
eſſent indiuiſe a ſubo. Fert̄ ꝙ nō:ſed virtute agen
tis ſeꝑantis deſinit eſſe ꝓᵃ exña cōis forme ⁊ ſubo.
⁊ trahitur forma ad ꝓꝑiā ſibi ⁊ adequatā exiſten
tiam.Cōcludimus igit̄ verā eſſe ꝓpoſitionē terti‑
am ꝑhoꝝ ꝙ forma nō fit:ſed tñ fit cōpoſitum.Cō
cluſioni ꝑdicte obuiant que ſequūtur.primum eſt
iſtud:qñ prius ſub ratione qua prius non accipit
eē per ꝓductionē poſterioris:forma aūt cū ſit ꝑnᵐ
intrinſecū cōpoſiti prior eſt ipſo cōpoſito:ǧ nō acci
pit eē ꝑ ꝓductionē cōpoſiti.ſed ꝑ ſe. cōponentia ēt
nō accipiūt eē ꝑ ꝓductionē cōpoſiti : ſȝ ſunt priora
ipſo cōpoſito. ¶ Scđꝫ dubiū ē iſtud:qñ cōpoſitū
nectio ꝑſupponit vnionē priū adinuicē: alās non poſ
ſent cōpoſitū ꝯſtruere niſi eēnt vnite: ſȝ vnio māe
⁊ forme ꝑſupponit eaꝝ exñam:ǧ cōpoſitū ꝑſuppo
nit materiā ⁊ formā exiſtere. ¶ Tertiuȝ dubium
erit iſtud:qñ mā ⁊ forᵃ ſunt ſubm gnōnis cōpoſiti:
vt prius fuit dctū:ergo ꝑexiſtit gnōni cōpoſiti: er‑
go forᵃ accipit eē ꝑ ſe nō ꝑ generationē compoſiti.
¶ Quartū dubiū ſit iſtud: illud ē priꝰ gnōne qd̄ ē
poſteriꝰ reſolutione:ſed corruᵃ forme eſt poſterior
corruptiōe cōpoſiti:ꝓbat̄. illud eſt prius a q̊ nō cō
uertitur ſubſiſtēdi ꝯña·ſed ad corruptionē cōpoſi‑
ti nō ſeqtur corruptio forme:ſed ecōuerſo:ǧ cōpoſi
tū corrūpit̄ prius ꝙ̄ forᵃ:ǧ ipſa forma ꝑ ſe generat̄
⁊ ꝑ ſe corrūpit̄.Tertia igitur propoſitio in qua ſūt
ſuſtentati ꝙ ſolū cōpoſitū fit:⁊ ꝙ forᵃ nō fit nec ge
nerat̄:ex iſtis ꝯcludit̄ eſſe dubia. ¶ Diſſolutio au
tē iſtaꝝ difficultatū cōdepēdet ex noᵃ entis cōpo‑

ſit:ergo prius eſt perſcrutandum de tertia entita-
te cõpoſiti qd ſit:an ſit aliqua res reſultans: vł ad-
dita alia ab oĩbus ꝑtibus ſimul ſumptis:ꝛ hoc vni
formiter in omni cõpoſito:ſiue per ſe:ſiue ꝑ accñs.
Dicamus ergo ꝑͦ de cõpoſito ꝑ ſe ſi ibi entitas com
poſiti ſit alia a ꝑtibus an nõ:ꝛ accipimus ꝓpoñnẽ
affirmatiuã ꝙ ſic: omne cauſatũ realr differt a ſu
is cauſis realibus:qm̃ in nullo genere cauſe aliqd
cauſat ſeipſum:ſ ʒ mã ꝛ forma ſunt intrinſece cauſe
reales cõpoſiti:ergo cõpoſitum realr dĩt ab illis.
Tum 2ͦ:qm̃ extrema ꝯdictionis vere ꝑdicantur
de ꝯͦ ꝛ de partibus ſimul ſumptis:qm̃ manentibꝰ
oĩbus partibus in reali exña:cõpoſitũ non manet:
vt hȓ.7.metaphyſice i textu cõmẽti.60ͥ. ¶ Ad ma
iorem euidentiã huius ꝯclonis quõ in ꝯͦ per ſe eſt
aliqua 3ª entitas alia a partibus:ponitur iſta diſti
ctio de ꝯͦ ꝛ partibus:ꝯpoſitũ nãqʒ põt ſumi realr:
vno modo ſcđm eſſe quiditatiuũ qđ hʒ in poͦ obie
ctiua:ſicut fuit dictũ in nr̃a methaͨᵉ. Alio modo ꝑ
ut hʒ eẽ exñe in actu. Dicamus ǧ in primis ꝙ i cõ-
poſito ꝑ ſe vno in eẽ quiditatiuo eſt aliquid preter
partes:aliquid dico:non tñ reſultans:ſed additũ
ſcʒ 3ª quiditas cõſtituta ex poͭͥ ꝯbibili ꝛ actuali cõ
trahente:ſicut quiditas reſultans ex gñe ꝛ dña:ge
nus voco mãm:dñiam vero formam. ¶ Et pono ti
bi exẽplũ:humanitas que eſt qditas per ſe vna cõ-
ſtituitur ex animalitate ꝛ rõnalitate tanq̃ ex dua-
bus cauſis intrinſecis ꝛ aĩal ſimiliter eſt quedã 3ª
qditas ꝯſtituta ex qditate corporis ꝛ quadaʒ dĩa
cõtrahente:ꝛ ſic aſcẽdẽdo donec veniamus ad ma
teriaʒ ꝑͦ primã. Ratio aũt probans hoc ſit iſta:qm̃
vna per ſe paſſio ſimplex:ſicut riſibilitas requirit
vnũ per ſe ſubm̃:vnuʒ dico vnitate abſoluta: ſicut
ipſa eſt vna vnitate abſͣ:aĩalitas aũt ꝛ rationalitas
nõ ſunt vnũ niſi ꝑ indiſtinctionem relatiuaʒ: ergo
aĩalitas ꝛ rõnalitas nõ ſunt proximũ fundamẽtuʒ
riſibilitatis:ꝯñs eſt igitur ꝙ humanitas ſit 3ª qdi-
tas addita alijs duabus que ſit ꝑ ſe ꝛ ꝑͦ ſubm̃ riſibi
litatis. ¶ Et ſi arguas cũ riſibilitas demonſtretur
de homine a priori per aĩal rõnale:vĩ ꝙ primo in-
ſit aĩali rõnali q̃ꝫ homini:quid.n.ad animal rõna-
le pertinet de riſibilitate cũ ipſam nõ fundent nec
cauſent: ſed preciſe ipſa humanitas ꝛ fundet ꝛ
cauſet in genere cauſe mãlis ꝛ ſubiectiue. Hic dici
tur ꝙ aĩalitas ꝛ rationalitas intrinſece cauſant hu
manitatẽ.per modũ ſequele cauſant ipſam riſibili
tatẽ:ſʒ ipſam nõ fundẽt ſubiectiue:nã qui poſſʒ vi-
dere intuitiue riſibilitatẽ videret ꝙ preciſe huma
nitas fundat illã ꝛ aĩalitas non: nec rõnalitas:nec
ambe ſimul. Amplius aũt de cõpoſito ꝑ ſe vno in
actuali exña:dicimus ꝙ ibi nõ eſt aliqua exña alia
ab exña ꝑtium:nec 3ª reſultans:nec 3ª addita. De-
bes nãqʒ imaginari ꝙ quiditas contrahibilis ꝛ cõ
trahens ꝛ conſtituta ex illis:exiſtunt vnica exiſtẽ-
tia ſimplici ꝛ indiuiduali ꝛ irreſolubili in plures
exiſtentias:ſicut rationalitas:animalitas: ꝛ huma
nitas vnica exiſtentia exiſtunt. Igitur cõcludimꝰ
ꝙ in compoſito per ſe vno exiſtente non ſunt tales
actuales exiſtentie ſuarum ꝑtium. Et 3ª compoſiti:
ſed tñ vna correſpondet iſtis tribus materie ꝛ for
me ꝛ compoſito:ꝛ nõ nego quin in compoſito actu
exiſtẽte ſit aliqđ poſitiuũ preter partes componen
tes:ſʒ illud poſitiuum nõ eſt 3ᵐ:imo 4ᵐ additum.
Naʒ in omni compoſito per ſe vno actu exiſtente
neceſſario ſunt ibi quatuor realitates ſeu poſitiua que

ponunt in numerum: vt verbi grã. in homine ſunt
iſte realitates. ꝑͦª aĩalitas:2ª rõnalitas:3ª huma-
nitas:4ª que additur iſtis tribus eſt exña actualis
vna qua exiſtũt iſta tria prima. ¶ Et ſi arguas cõ-
tra hoc de aĩa ꝛ corꝑe ꝙ exiſtũt alia exña ab exiſtẽ
tia cõpoſiti.ſ.hoĩs.qꝛ hõ cũ corrũpitur amittit ſuã
exñam. Aĩa aũt ꝛ corpus nõ: cũ tñ ſeparatim exiſtãt
ꝛ remaneant hoĩe corrupto. Hic dicimus ꝙ aĩa ꝛ
corpus ꝛ hõ vnica exña exñt cõi eis q̃ꝫ diu adinui-
cẽ ſunt vnite in cõpoſito ꝛ q̃ꝫdiu manet cõpoſituʒ:
cũ aũt hõ corrũpitur:amittũt iſta tria illaʒ exñam
cõeʒ:ꝛ trahitur aĩe quiditas ad ſuã propriã exñaʒ:
ꝛ ſimplr qditas corꝑis ad ſuã. ¶ Et ſi diceres igiẗ
ſequitur ꝙ corrupto corꝑe corʳ aĩa naͬ:cũ amittat
exñam quã hẽbat in corꝑe. Rñr nõ corrũpiẗ ſim-
plr corrupʳ que ſeparat ab omni exña:ſed tãtuʒ ab
exña cõmuni ſibi ꝛ corpori:ſed non ab exña ſibi ꝓ-
pria:Dices ſaltẽ de nouo generaẗ per corᵐ corͥ:qꝛ
trahitur ad nouã exiſtentiã actualẽ:concedo ꝙ de
nouo trahitur ad exiſtentiã ſibi propriaʒ. ¶ Et ſi
queras a quo agẽte cõtrahiẗ. Dico ꝙ a primo agẽ-
te de quo alias erit ſermo. Aliter tñ dĩ ꝙ ſecus eſt
de aĩa rõnali ꝛ de alijs formis:qm̃ ſic nõ eſt forma
corporis:ſicut alie forme iformãt ſuas mãs:ǧ non
eſt idẽm conformiter de alijs compoſitis: ꝛ de iſto
compoſito ꝙ eſt homo. De hoc tamẽ pro nunc ta-
ceo feſtinans ad alia.

Dicto de cõpoſito ꝑ ſe vno: reſtat ꝑſcrutatio
de cõpoſito vno ꝑ accñs. ſi in iſto ſit ali
quid preter ꝑtes ꝛ in eſſe qditatiuo ꝛ in eſſe actua-
li. Dicamus igitur in primis de cõpoſito ꝑ ſe cuiuſ-
ſlibet generis:ſicut de linea ꝛ albedie ꝛ rõne: ꝛ ſic
de alijs generibus ꝯforʳ:ſicut de cõpoſito ꝑ ſe ĩ ge
nere ſubẽ:qm̃ in quolibet tali cõpoſito in eſſe qui-
ditatiuo ꝑꝑ partiales qditates.ſ. ꝯbibilem ꝛ ꝯhen
tem eſt 3ª quiditas conſtituta ex illis ꝛ ponens in
numerum cũ illis. De cõpoſito aũt per accidẽs in
eſſe qditatiuo qd eſt idẽm: vt de hoĩe albo. dicemꝰ
ꝙ in eẽ qditatiuo nullũ eſt cõpoſitũ per accñs:al-
bedo.n.in eſſe qditatiuo nõ ineſt homini in eſſe q-
ditatiuo:nec aliqd aliud ꝑdicatũ ꝑ accñs: ſed qdi-
tas albedinis ꝛ humanitas ſunt diuiſa ꝛ diſtincta
ꝛ ſeparata ſaltẽ negatiue:qꝛ nõ ſunt vnita nec diſti
cta nec indiuiſa adinuicẽ:ꝛ ex hoc ſequitur ꝙ non
eſt ibi 3ª qditas ponens in numerum ꝯ quiditates
ꝑtiũ:nã in eſſe qditatiuo non eſt tñ niſi qditas ho
minis ꝛ quiditas albedinis:ꝛ nulla 3ª quiditas cõ-
ſtituta ex illis. ¶ Et ſi queras de qditate acciden-
tis proprij.ſ. ꝓprie paſſionis ꝛ de quiditate ſubi ſi
aliqua alia 3ª entitas ꝯſtituatur ex iſtis: vt ex ho-
mine ꝛ riſibilitate. Reſpondeo tibi ꝙ riſibilitas
ꝛ humanitas in eſſe qditatiuo ſunt ĩdiuiſa ꝛ ĩdiſti-
cta. Sed nego ꝙ alia qditas 3ª ꝯſtituaẗ ex illis:qm̃
ad hoc vt aliq̃ ꝯſtituaẗ ex actuali ꝛ potẽtiali reqri-
tur ꝙ actuale ꝛ potẽtiale ſint eiuſdẽ gñis remoti:
cuiuſmodi nõ ſũt riſiᵗᵃˢ ꝛ hũanitas: nec eſt alia cã:
niſi ꝙ hoc eſt hoc. ¶ De cõpoſito aũt per accñs in
exña actuali qd dicemus. ꝯforʳ aũt diciẗ eſſe idẽm
ſicut de cõpoſito ꝑ ſe:qm̃ non eſt ibi aliqua 3ª exña
preter exñaʒ partium:cum ꝑtes nõ habeãt in toto
per accidens proprias exiſtentias: ſed preciſe vnã
correſpondentem eis ſaltẽ accidens non hʒ ꝓpriã
exiſtentiã:ſʒ ſubm̃ habeat ſuã propriã ꝛ aliã cõem
ſibi ꝛ accñti. ¶ Et pono tibi exᵐ.ĩ forte albo actu
exñte ſũt q̃tuor reaᵗᵉˢ ꝓpria ſingularitas fortis:exña

Totum eſſentia-
le realiter diſtin-
guitur a partibꝰ
ſimul ſumptis.
Dicerẽt nomia-
les ꝙ compoſitũ
idẽ eſt ꝙ ꝯſtituẽ
tia cõpoſitum.

ꝑmo phy.17.4.
phy.43. Cõmẽ.
vult oppoſitũ.

Breuiter põt di
ci ꝙ aĩa intellecti-
ua ĩ cõpoſito. exi
ſtit ꝛ exña ꝓpe ꝛ
cõi non eſt ſic de
alijs ꝛc.

Nota ꝙ non ſit
vnũ ꝑ ſe ex ſbo ꝛ
accñte alr vł ſbo
eẽt po accñtis vł
accñs eẽt ꝑo ſbẽ.

propria for. albedo: exiſtia actualis cõis forti ꝛ albedini: nulla aũt eſt ibi ꝓpa exiſtia albedini. Concludamus ḡ ꝙ compoſitū ꝑ ſe fit ꝛ gñatur ꝛ non forma cũ trahat compoſitũ ꝑ ſe ꝑ actionē agentis ad vnã exiſtiam cõem forme ꝛ mãe ꝛ compoſito. Ad nullã aũt propriã forme nec mãe. Dicamus ẽt idē de ꝯͦ ꝑ accñs: ꝙ forma nõ fit vel gñatur. Sed compoſitũ: qꝛ ꝑ actionē agẽtis trahit compoſitũ ꝑ accñs ad eē compoſiti: nõ aũt ad eē propriũ forme. De toto aũt integrali qḋ eſt compoſitũ ex partibus cuiuſmodi eſt ꝯtiͫ quid dõm eſt: an ibi preter partes componẽtes ſit aliqḋ. Pōt dici ꝙ cũ ꝑtes vniũtur in cõtinuo non acqrunt aliquã nouã exiſtiã nec ꝓpriã nec cõem: cũ ſeparãtur nullaꝫ amittunt: nec acquirũt. Cõcedimus tñ ꝙ cũ ꝑtes vniũtur in toto integrali amittũt aliquid poſitiuum vel acquirũt: nã amittũt diuiſionē ꝛ ſeparationē relationē actualē: ꝛ acquirũt īdiuiſionē actualē adinuicem: ꝛ eꝯ in ſeparatiõe actuali ꝛc̃.

De toto integrali ꝛ homogeneo ꝛ etherogeneo. vide Scotum. 2. 2. diſt. xvij.

Ad dicta igitur

que vĩr obuiare huic ꝯcloni. pꝫ ſolo ex predictis. quattuor aũt dicta de mã ꝛ forma in cõpoſito omnino nõ ſunt vera: lꝫ poſſint trahi ad aliquē inteͫ apparētē. ❡ Primũ dcñ. ꝙ ꝯpoͫ eſt ī actu: mã ꝛ forma in ꝯͦ in poᵃ. ſi itelligat ꝙ mã ꝛ forma nõ habeãt ꝓpriã actualē exiſtiam: cõcedimus ſibi. ſi aũt itelligat ꝙ compoſitũ habeat propriã exiſtētiã actualē in qua nõ cõicat mã ꝛ forma: nõ concedimus: quoniã ſicut ꝑus dcñ eſt mãe ꝛ forme ꝛ compoſito correſpõdet vna cõmunis extia actualis: que nulli eſt ꝓpria. ❡ Scdm eius dcñ eſt duͫ cũ dicit: ꝙ forma ꝛ mã ſunt cauſe eſſendi ꝯͦ mãliter. ſi itelligat ꝙ forma ꝛ mã ſub proprijs exiſtijs ſint cãe mãles ꝯͥ ſub ꝓpria exiſtia iſte intellectus nõ eſt verus. ſi aũt intelligat ꝙ in compoſito ꝑ ſe in eē quiditatiuo quiditas mãe ꝛ quiditas forme ſe habeãt quaſi mãliter reſpcũ quiditatis ꝯͥ ſicut q̄ditas aĩalitatis ꝛ rõnalitatis ꝑficiũtur ꝑ humanitatē: que eſt forma totius: imo vt verius loquar forma partiũ ꝛ nõ partis vnius: qꝛ in compoſito ꝑ ſe: ſicut in homine rationalitas eſt forma partis. ſ. animalitatis: ſed humanitas eſt forma ambarum partiũ: ideo humanitas nõ dꝫ dici forma totius: ſꝫ eſt ipſum totũ: ſed dꝫ dici forma partiũ. iſtuꝫ nãqꝫ intelͫ ſibi concedimus. ❡ 3ͫ dcñ eius hꝫ aliquã apparētiã cũ dicit: ꝙ totũ eſt terminus ꝛ finis ſuarum partiũ: ꝛ ꝙ ſe hꝫ in duplici genere cauſe reſpectu partiũ. ſ. ī genere cauſe formalis eo modo quo ſtatim fuit dcñ: ꝛ in genere cauſe finalis: quoniaꝫ partes in eſſe quiditatiuo ordinãtur ad totuꝫ tãqꝫ ad finē eaꝝ. ſi intelligãtur de compoſito in eē q̄ditatiuo cõcedimus: ſi aũt intelligat in exiſtia actuali ſub ꝓprijs exiſtijs illoꝝ cum ꝓprias exiſtias nõ habeãt ſibi non concedimus. ❡ 4ͫ dcñ eius eſt ꝙ ſubm generatiõis forme eſt mã: ꝛ ſubm gñationis ꝯͥ eſt mã cũ forma: eſt dubiuꝫ: nã materia ſub ꝓpria exiſtia nõ eſt ſubm generationis forme: nec mã ꝛ forma ſimul ſub ꝓprijs exiſtijs ſũt ſubiectũ gñatiõis ꝯͥ: ſꝫ quiditas mãe ꝛ forme ꝛ ꝯͥ que vna exiſtia cõi exiſtũt: ꝑ actionē agẽtis nãlis trahũtur ad aliã exiſtiã cõem. vel vt verius loquar ſola materia trãſit ad exiſtiã cõem ſibi ꝛ alteri forme ꝛ cõpoſiti ꝑ actionē agẽtis nãlis acq̄ſitã. ❡ Quattuor autē dubia alia obuiantia predicte ꝯcluſioni non ꝯcludunt. ❡ Primũ cuꝫ dr̄ ꝙ prius ſub rõne qua prius nõ accipit eſſe per productionē poſterioris. Si intelligis de priori in exiſtia propria: forte ꝯcederetur: lꝫ adhuc poſſet pati calũniaꝫ: qꝛ. ſ. prius ꝛ poſterius ſint ſimul tēpore ꝛ capiunt eſſe per vnaꝫ actionem: lꝫ inter ſe ſint diſtincta realiter: ſed accipiẽdo prius ꝛ poſteriꝰ natura ꝛ hoc in eſſe quiditatiuo ꝑciſe: ſed nõ in exiſtia: nõ eſt verũ ꝙ prius ſub rõne prioris nõ capiat eſſe per actionē poſterioris. Minor autē ꝑciſe vera eſt in iſto ſenſu qꝛ quiditas mãe ꝛ forme prior eſt q̄ditate cõpoſiti ꝑciſe in eſſe q̄ditatiuo: ſꝫ nõ in exiſtia: cũ vnica exiſtia exiſtãt ꝑut ſuperius fuit dcñ. ❡ 2ͫ dubiuꝫ nõ impedit ꝯcluſioneꝫ predictã cũ dicit ꝙ cõpoſituꝫ ꝑſupponat vnionē materie ꝛ forme adinuicem: ſi intelligis per vnionē indiuiſionē ꝛ indiſtinctioneꝫ forme ꝛ materie in eſſe quiditatiuo cõcedimus tibi. Sed talis idiſtinctio ꝛ indiuiſio nõ ꝯcludit exiſtētiam materie ꝛ forme actualē. Tum etiã ſecũdo ſi intelligas ꝙ cõpoſitũ actualiter exiſtēs ꝑſupponit materiã ꝛ formã actualiter exiſtētes ꝓprijs exiſtētijs ꝛ adinuicē actu vnitas: falſuꝫ accipis: qꝛ ſicut dcñ eſt ꝓprijs exiſtētijs nõ exiſtũt. ❡ Tertiũ dubium falſum accipit cum dicit ꝙ materia ꝛ forma ſunt ſubm generationis cõpoſiti: qꝛ iam pluries dictum eſt: ꝙ materia ꝛ forma nõ exiſtũt: niſi exiſtētia cõpoſiti: qꝛ vna eſt cõis exiſtētia cõis materie ꝛ forᵉ ꝛ cõpoſito. ❡ Quartũ dubiũ nõ ꝯcludit cuꝫ accipit ꝙ illud qḋ eſt vltimũ in reſolutione eſt primuꝫ primitate generationis. iſtud forte eſſet verũ vbi fieret reſolutio aliquoꝝ exiſtētium in aliquo toto ſub proprijs exiſtētijs: ſicut poſſet poni exemplum de domo in qua partes eſſent ſub ꝓprijs exiſtentijs. In toto autē eſſentiali per ſe vno non exiſtunt partes ꝓprijs exiſtētijs. imo forma totius ꝛ forma partis ꝛ ipſa materia vnica cõmuni exiſtētia exiſtunt: nõ habet veritatē tunc ꝙ illud qḋ eſt vltimũ in reſolutiõe ſit primũ in generatiõe: quoniã in generatiõe omnia acceperunt ſimul exiſtētiã: in reſolutione aũt: lꝫ oẽs ſimul amittant illam exiſtiam quã acceperunt per generationē: partes tñ poſſunt acquirere nouã ꝛ ꝓpriã exiſtiã. ❡ Imponimus igiť finē. ꝑmo libro huiꝰ phĩe 2ᵉ: in quo ꝑmũ ſtabiliuimus ſubm. ſ. naturã. io. primis generibus cõem. Tres etiã ꝓpoſitiones in quibus phĩ fuerunt ſuſtentati declarauimus: ꝛ illa que poterant eis obuiare diſſoluimus.

Nõ ꝙ mã et forma q̄ntũ ad ſuos nãe ſunt priores cõpoſito nõ quo ad exiſtere.

Aduẽde ꝙ cauſe itrinſece nõ ꝑ hoc habent eē q̄ ſint effectiue: ſed bene extrinſece.

Teneo apud cõmẽtatorē: ꝙ forma ſit finis ꝯpoſiti: ꝛ nõ econuerſo. Unde duplex eſt finis q: ꝛ cau. 2. c. 35.

❡ Incipit liber ſecundus phyſicorum.

❡ Oñdit neceſſitatē cauſe efficiẽtis. Cap. I.

Quoniam aũt

nature ꝑncipia ꝛ cauſas inquirimus: ꝛ cuiuſlibet rei nãliter ꝑducibilis. Preter aũt illa ꝑncipia intrinſeca: de quibus dictuꝫ fuit libꝰ. ꝑmo ſunt ꝑncipia alia extrinſeca inquirenda. Palaꝫ aũt ꝙ omne qḋ fit ꝛ generať nõ tñ fit ex ꝑncipijs oppoſitis in ſubto, quoꝝ vnũ eſt actus ꝛ aliud poᵃ. Sꝫ ꝑter hꝰ ꝯcludunť alia ꝑnciᵃ extriſeca. ſ. efficiēs ꝛ finis: ꝛ d̉ iſtis duobꝰ ꝑncipijs. ſ. d̉ efficiēte ꝛ fine erit ꝑſcrutatio in. 2. ꝛ. 3. libꝰ. ꝛ ꝑ̊ de efficiēte: deide de cã finali erit ꝑmo. Dicamꝰ igiť de efficiēte ꝛ ꝑducēte q̄ntũ ad eiꝰ neccitatē an ſit neccũ ponere cãꝫ efficiētē. 2ͦ. q̄d ſit cã efficiēs. 3ͦ. q̄d cã ꝯſeruãs. 4ͦ. de ꝑductiõe ꝛ ꝯſeruatiõe quantũ ad eoꝝ neceſſitatem ꝛ comparationē eoꝝ adinuiceꝫ. 5ͦ. de cauſis per ſe

e per accidens ⁊ modis cauſarum: de cauſa etiam totali ⁊ partiali: de cauſa equiuoca ⁊ vniuoca: ⁊ de annexis ad iſta. In primis namq; de neceſſitate cauſe efficientis eſt dōm. Certur nāq; a quibuſdā ꝙ preter duo principia poſitiua .ſ. mām ⁊ formam neceſſarium eſt dare 3ᵐ poſitiuū .ſ. efficiēs: qḋ virtute ſue productiōis trāſfert ſubm de oppoſito ad oᵐ: ⁊ vnit ⁊ cōponit actū cuꝫ potētia ⁊ efficit compoſitū: ſicut ſcribiᷓ .8. metaphy. 15. vbi Ariſto. reddit cauſam vnitatis cōpoſiti .o. eſſe cauſam: qꝛ hoc eſt potētia. illud vō actus: aliud vō efficiens quod vnit vnū cū alio. Hinc eſt ꝙ modus venādi Ariſt. cauſam efficiētē: ⁊ quorūdaꝫ ſequentiū ipſum fuit pmo pbare cuiuſcuq; nature producte phice eſſe duo pncipia intrinſeca .ſ. materia ⁊ forma: ⁊ ex his neceſſario cauſaꝫ efficientē: quoniā ſm eos cauſalitas materie ⁊ forme nō eſt pma. Sꝫ ante ſe preſupponit aliā .ſ. cauſalitatē cauſe efficiētis. Palaꝫ autem ex dictis ꝙ Ariſto. ⁊ ſequentes ſui vtuntur hac ꝑpoſitiōe vniuerſali tāquā vera ⁊ neceſſaria: omne cauſatū cauſis intrinſecis eſt cauſatū cauſiſ extrinſecis: immo plus vt dicunt: prima intelliᵃ. ſi eſſet compoſita ex cauſis intrinſecis tāq; ex partibus eſſentialibus conſtituētibus ipſam: ipſa eſſet cauſata ab alia cauſa efficiēte ⁊ eſſet effecta. Videtur aūt alqs ꝙ ꝑpoſitio ṗdicta vniuerſaliter ſumpta nō eſt vera: ſꝫ ſumpta indefinite ſit vera: quia vt in pluribus eſt vera: ſꝫ nō in omnibuſ: nec videtur eſſe de intentione ꝓgenitoꝝ noſtroꝝ. Manifeſtum eſt aūt ꝙ Ariſto. ⁊ Cōmēta. nō concederet hanc propoſitionē: omne cauſatū cauſis intrinſecis eſt cauſatū cauſis extrinſecis: nec illam. omne compoſitū eſt effectum: ſꝫ ecōuerſo bene concederent ꝙ omne ꝑductum eſt compoſitū: ſicut dictū fuit libro pmo: ſed ipſam tantū dicerēt eſſe veram in generabilibus ⁊ corruptibilibus: nō autē i ſempiternis ſicut in celo ⁊ i itelligētijs. Ariſt. nāq; .2. celi ⁊ mundi probat celum eſſe animatū. vnde celum eſt cauſatum cauſis intrinſecis ſecundū eum .ſ. anima rationali ⁊ corpore celeſti: tamē nō dat ſibi cauſam efficientē. Similiter Cōmēta. 3. de anima. 5. ⁊ 12. methaphy. 17. ponit intellectū eſſe compoſitū ex poſſibili ⁊ agente dicens: ꝙ nulla intelligētia eſt omnino libera a materia niſi prima: ⁊ tamen intelligētie ſm ipſum nō habent cauſam efficientē. Concedit tamē Ariſto. ꝙ in omni eo qḋ accipit eſſe poſt nō eē: ⁊ qḋ tēporalr exiſtit: ꝑpoſitio eſt cōcedēda: ꝙ omne cauſatuꝫ cauſis intrinſecis eſt cauſatū cauſis extrinſecis. ¶ Et ſi queras que ſit cauſalitas pma ſimpliciter an effectiua vel materialis vel formalis. Dici pōt ꝙ cauſa intrinſeca ſimpliciter prior eſt cauſa extrinſeca prioritate aliqua: a qua .ſ. nō conuertitur ſubſiſtēdi cōſequētia: qꝛ ſequiᷓ. ſi eſt cauſatum cauſa extrinſeca eſt ergo cauſatum cauſa intrinſeca: ⁊ nō ecōtra. Ariſto. tamen ⁊ Cōmētator cōcedunt iſtam cōſequentiam eſſe bonā: hꝫ cauſaꝫ efficiētē: ergo materialē ⁊ formalē: quia in omni producto eſt materia ⁊ forma ex quibus ꝯſtituitur compoſitū: quia ſolū compoſitum fit factione per ſe ⁊ per accidēs. Sed iſtam cōſequētiam nō concederēt. eſt cauſatū cauſis intrinſecis: ergo ⁊ extrinſecis. vt patuit de celo ⁊ intelligētijs. Et breuiter omne aliud a prima intelligētia eſt cauſatum cauſis intrinſecis: cum ſit aliquo modo compoſitū: non tamē cauſis extrinſecis; ſed

Tenco etiaꝫ ego celum non pēdere a deo i genere cauſe efficiētis.

Non eſt in intelligentiis niſi cōpō ex intelligēte ⁊ intellecto deſiderāte ⁊ deſiderato.

ſecundū eos pma intelligentia eſt omnino incauſata ⁊ cauſis extrinſecis ⁊ intrinſecis. Ex his concluditur ꝙ cauſe intrinſece non dependent a cauſis extrinſecis .ſ. efficiente; ſed ecōtra: quia omnis cauſa efficiens aliquo modo depēdet a cauſis intrinſeciſ .ſ. materia ⁊ forma; ſuppoſito ꝙ prima intelligētia nihil ꝑducat extra ſe effectiue; ſicut phi ſentire videnᷓ. De his i ſeptimo theologie fiet ſermo. ¶ Et ſi arguas ꝙ in ꝯpoſito in quo eſt materia ⁊ forma non videtur ꝙ materiale determinet ſeipſum ad actum; cum ſit indifferēs ad iſtuꝫ ⁊ ad illuꝫ ⁊ ad negationē eius: ergo opꝫ dare aliud per quod determinetur ad actum ⁊ non niſi efficiens: ergo pter principia intrinſeca: opꝫ dare principiū extrinſecū. ¶ Reſpōdeo tibi. potētiale determinaᷓ ad actū p ipſuꝫ actū formaliter: ſꝫ a nullo effectiue: ⁊ de hoc alias fuit dcm i fine tertij metaᶜᵉ.

Nō ꝙ ignis pēdet a mā fundamētaliter: a forma formaliter ge net ſitꝫ pducitur.

¶ Inquirit conditiones cauſe agētis ⁊ conſeruantis ⁊ earum diſtinctionum. Cap. II.

Conceſſa autē cauſa effectiua tāquā neceſſaria reſpectu cuiuſlibet generabilis ⁊ corruptibilis atq; producibilis reſtat perſcrutatio quid ſit cauſa efficiēs ⁊ quid ſit efficere: quid eſt cauſa conſeruās ⁊ quid eſt conſeruare. ¶ De cauſa agēte ſit iſta prima ꝑpoſitio: cauſa effectiua eſt illa: que infert aliqd de non eſſe in eſſe ſi prius habuiſſet nō eſſe. Sic ꝙ ſi non eſſet agēs: nō exiret de non eē ad eſſe: ſed ſemper haberet non eſſe. ¶ Secūda propoſitio ſit de cauſa conſeruatiua que talis eſt. Cauſa conſeruatiua eſt illa: que infert aliquid in eſſe poſt eſſe: ſic ꝙ ſi non inferret in eſſe poſt eſſe ſtatim hēret nō eē. ¶ Tertia propoſitio ſit iſta. Omne agens qḋ infert aliquid in eſſe poteſt continuare ſibi eſſe: ⁊ ratio huius dicti eſt iſta: quoniam eadē virtute qua infert aliquid in eſſe in iſto inſtāti pōt inferre idē in eſſe in 2ᵒ inſtanti ⁊ in toto tempore ſequente: illa virtute manente ⁊ amoto omni impedimento. ¶ Quarta propoſitio ſit talis: omne qḋ cōtinuat aliud in eſſe poſt eſſe datum ſibi ab agente poteſt ſibi dare eſſe poſt non eſſe ſi non habeat eſſe. Ratio iſtius propoſitionis ſit iſta: quoniam illud qḋ continuat alteri ſuuꝫ eſſe ſic ꝙ ſi non continuaret ſibi eſſe illud haberet non eſſe: poteſt ſibi ſimpliciter dare eſſe: ⁊ per conſequēſ dare eſſe poſt nō eſſe. ¶ Quinta propoſitio ſit talis: illud quod non poteſt continuare aliquid in eſſe non poteſt inferre ipſum in eſſe ⁊ cōuertitur conſequētia: ꝙ illud qḋ non poteſt aliud inferre in eſſe nō poteſt continuare illud in eſſe. per propoſitionem oppoſitam iam dictam; quoniā omne illud quod continuat aliud in eſſe poſt non eſſe poteſt ſibi dare eē. vel per aliā propoſitionem magis explicitam. omne qḋ infert aliquid in eē poteſt continuare ſibi eſſe; ergo a deſtructione conſequētis quod nō poteſt continuare aliquid in eſſe nō poteſt inferre aliud in eſſe. 2ᵃ conſequētia patet per illam propoſitionē: quoniā omne quod cōtinuat aliud in eſſe poſt eſſe datum ſibi ab agēte poteſt dare ſibi eſſe poſt nō eſſe: ergo a deſtructione conſequētis quod nō poteſt aliud inferre in eſſe nō pōt continuare illud in eſſe. Iſte quinq; propoſitiones vidētur eē probabiles ⁊ vere; ſꝫ earum neceſſitas non ſit adhuc determinatiue probata. Tenendum eſt tamē tāq; veruꝫ ⁊ ne-

Attende ꝙ productio ⁊ ꝯſeruatio quantum ad ſuas ratiōes formales diſtiguūt

ceſſarium quod aſſumit prima propoſitio ⁊ ſecunda. Prima que dicit ꝙ agēs eſt illud quod infert aliquid de non eſſe ad eſſe paſſo ſibi approximato ⁊ nō impedito: ſicut ignis approximatus aque infert calorē in eſſe poſt nō eē. Nec debes ymaginari ꝙ calor exeat ab igne: ſic ꝙ ex igne tranſeat ad aquā: ſ; ſic ꝙ igne poſito ſtati; ſequit̄ calor in paſſo approximato: nec grauatur: nec debilitatur virtus agētis in hoc ꝙ infert aliud in eſſe niſi tn̄ per accidēs: inquātū aliquid aliud infertur ſibi in eſſe a patiēte: agēs.n. in agēdo ⁊ inferēdo: nec delectatur: nec triſtat̄: nec auget̄: nec minuit̄: nec debilitatur vt ſic: ſed tn̄ in recipiēdo. Conſeruans autē ꝓprie eſt illud: ſicut dcm̄ eſt: qḋ īfert aliud in eē poſt eſſe: ſic ꝙ quātum eſt ex ſe infert aliud in eſſe ſi nō habeat eſſe. Exemplum ignis approximatus aque calide in ſummo conſeruat calorē in aqua: ⁊ īfert illum in eſſe poſt eſſe: ſic ꝙ ſi nō haberet eſſe inferret illum ſtatim in eſſe: ſed ꝙ nō infert ipſu; de nouo in eſſe eſt qḋ prehabuit eſſe: alie tres propoſitiōes nō ſunt ita clare.

Amplius autē reſtat perſcrutatio de illatione cauſe efficiētis ⁊ cōſeruantis cu; dicit̄ ꝙ cauſa effectiua eſt id quod infert aliquid in eſſe poſt nō eſſe. Conſeruatiua aūt eſt illa que infert aliquid in eſſe poſt eſſe: an iſtud inferre ſit aliquid aliud ꝑter inferēs ⁊ illatu;. Aliud dico a realitate effectus ⁊ a realitate cauſe: ⁊ quaſi mediu; inter illa: ⁊ dato ꝙ ſic. Quō ſe h; inferre cauſe efficientis: ad īferre cauſe ꝯſeruantis: an ſint idē vel nō. Ad cuius euidentia; debes aduertere: quid ſuper hoc ſentiāt ſapiētes: de hoc naqꝫ ſunt quinqꝫ dicta diſperata. Primū dcm̄ eſt iſtud ꝙ in omni productiōe noua ſunt iſte tres realitates noue.ſ. actio: terminus productus: ⁊ reſpectus producti ad producēs. Scḋm dcm̄ ꝙ ibi eſt tātū 2m ⁊ 3m.ſ. terminus productus ⁊ reſpectus termini ꝓducti ad agēs. Tertiū dcm̄ eſt ꝙ ibi eſt ꝑmu; ⁊ 2m.ſ. actio productiua ⁊ terminus ꝓductꝰ ⁊ nullus reſpectus ad ipſum producēs. Quartum dcm̄ eſt iſtud ꝙ tantū eſt ibi 2m ⁊ nō ꝑmu; nec 3m: qꝛ̄ ꝓciſe eſt ibi terminus productus: qꝛ ad abſolutū in cauſa ſeqt̄ abſolutū in effectu: nulla actiōe media inter producēs ⁊ productū: nec mediāte reſpectu aliquo termini ꝓducti ad producēs conſequēte. Quintū dcm̄ eſt ꝙ aliquādo cōtingit ꝙ ꝓciſe eſt ibi ꝑmū: nec 2m: nec 3m.ſ. ipſa actio illatiua: ſ; nullus terminus illatus: nec reſpectus conſequēs terminū productū. Fert̄ aūt 6m a quodā ꝙ contradictionē nō īcludit ꝙ ſit ibi ꝓciſe 3m ⁊ nō ꝑmū nec 2m.ſ. preciſe reſpectus nouus ad agēs ſine nouitate actiōis ⁊ termini producti. Nunc aūt perſcrutādum an iſta dicta ſint probabilia: vel non: ⁊ quid de hoc ſit tenendū. ¶ Pro diſſolutione aūt iſtoꝝ ponuntur alique ꝓpoſitiōes. ꝑma ſit iſta. Quādocūqꝫ idē effectus numero ꝑōt eſſe ſucceſſiue a pluribus cauſis diſtinctis numero: de neceſſitate preter inferēs ⁊ illatu; eſt aliquod 3m. Ratio eſt iſta. ponamus ꝙ radius ſit productus a ſole totaliter. 2o ponamus ꝙ idē radius numero corrumpatur. 3o ſupponatur ꝙ idē radius numero iterū ꝓducatur ab alio agēte numero: ⁊ ꝙ in illa productione ſol nihil coagat: vt ꝙ radius ꝓducatur ab alia ſtella vel a ꝑma intelligētia. Nunc volo tibi euidēter probare ꝙ preter ſolē ⁊ radiū eſt ibi 3a entitas poſitiua: qḋ probat̄ ſic. ſi ad verificandū iſta; propōtionē affirmatiuā. Iſte radius eſt a ſole productꝰ: ſufficit entitas abſoluta ſolis ⁊ entitas abſoluta radij: ergo ipſis ꝓciſe poſitis ⁊ nullo alio addito erit iſta propoſitio vera. Iſte radius eſt a ſole ꝓductꝰ: S; iſtud eſt falſum: qꝛ ſuppoſito ꝙ eſſet totaliter productus a prima intelligētia nō eſſet verū dicere. Iſte radius eſt productus a ſole: ⁊ tn̄ exiſterent ſol ⁊ radiꝰ: ergo ſol ⁊ radius ꝓciſe nō fuerunt cauſa veritatis iſtius ꝓpōnis. Iſte radius eſt a ſole productus: ergo op; addere aliquā aliā tertia; re; ad verificādum propōne;. Quartum igitur dictū nō fuit vniuerſaliter verū: qꝛ in noua productione nihil eſſet nouū niſi terminus. Secūda ꝓpoſitio ſit iſta. Quandocūqꝫ aliquis effectus idem numero: nō poteſt inferri in eſſe: niſi ab vna cauſa eadē numero: nec ſimul nec ſucceſſiue: in tali productione non poteſt demonſtrari ꝙ ſit ibi aliqua 3a entitas alia ab inferente ⁊ illato: ad abſolutū.n. in cauſa ſequit̄ abſolutū in effectu: ⁊ ad hoc ſeqnt̄ hoc: ⁊ nihil plus: ⁊ ratio poteſt eſſe iſta: quoniā non ſunt ponēda plura ſine neceſſitate: nulla aūt app; ibi neceſſitas: nam ratio illa que probat hoc quādo ide; effectus numero eſt a duobus agētibus numero: hic non habet locum. Palam.n. ꝙ nō app; aliqua neceſſitas ꝙ agens inferat primo quādam rē que vocat̄ actio. Secūdo inferat aliam rem que vocatur paſſio. 3o ꝙ inferat terminū abſolutū: videtur eni; ꝙ iſta ſint gratis dicta: cū cāre nihil ſit aliud niſi ꝙ ab hoc ſequitur hoc: qꝛ 2m diffinitionē cauſe: cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud: ſicut poſito igne in actu ⁊ approximata ſibi aqua in actu oī impedimento ſublato ad abſolutum ignis ſequitur abſolutū caloris in aqua: nec videtur ꝙ primo calefactio actiua exeat ab igne ⁊ 2o vna alia res.ſ. calefactio paſſiua: ⁊ 3o īferatur ipſe calor: ex iſtis cōcluditur ꝙ illa que ſūt preciſe producibilia a ꝑma ītelligentia: ſicut ſūt motores orbiu; ⁊ orbes ipſi ⁊ anima intellectiua nō app; ibi neceſſitas ponēdi ībi aliquā alia; rē ab īferente ⁊ illato. ¶ 3a ꝓpoſitio ſit talis. Nō app; aliqua impoſſibilitas quin ī termino producibili preciſe ab vno producēte numero: ſit aliqua 3a res alia ab inferente ⁊ illato: Et ratio ē iſta: qꝛ̄ ſicut alijs ꝓducibilꝰ a pluribꝰ cauſis concluditur neceſſitas ponendi 3am rem aliam ab inferente ⁊ illato: ſic cōformiter poſſet concludi hec poſſibilitas. qꝛ̄ poſito per impoſſibile ꝙ eſſent due intelligētie prime: ille idē effectus numero qui nūc eſt a pa intelligentia poſſet eſſe ab alia: adhuc aūt nō eſt demonſtratu; ꝙ nō poſſit eē niſi vna: ſed hoc fiet in fine ſecūdi theologie nr̄e.

Adhuc autē circa primu; dictum ⁊ 2m ⁊ tertiu; reſtat perſcrutatio. ¶ Primū naqꝫ dcm̄ fuit iſtud: ꝙ in omni productione noua ſunt iſte tres realitates noue actio terminus productus ⁊ reſpectus cōſequēs terminum: pro quo dicimus ꝙ in nulla productione noua alicuius termini producibilis ab vna cauſa ſiue a pluribus apparet aliqua neceſſitas ponendi iſtas tres realitates. Ratio huius propoſitiōis ſit talis: quoniā ratio concludēs neceſſitatem ponendi ibi aliquā realitatē ꝑter inferēs ⁊ illatu; ad excludendu; contradictionē non concludit ibi eſſe plures realitates vltra terminū productum: ſ; tn̄ vnāqꝛ̄ ꝑ vnā ſufficiēter tollit̄ ꝯtradictio. Pro 2o

Scotus ſcḋo ſen ... d.2.q.2.ſe ... eundem effe ... numero poſ ... a pluribꝰ agen ... ꝓduci: qḋ ... credo ſm̄ cō ... eē ver

Hoc dictum eſt falſu; in ſcola peripatetica.

Nota ꝙ ſi eſt actio: eſt etiā paſſio: qꝛ ſunt reſpectiue mutui.

dicto ⁊ pro tertio ponitur vna ꝓpoſitio negatiua:
ꝙ non apparet aliqua ratio euidēter concludens
neceſſitatem ponendi magis ṗmū ⁊ 2^m ꝙ̄ 2^m ⁊ 3^m:
qꝛ ſiue ponendo ṗmuꝫ ⁊ 2^m ſiue ponendo 2^m ⁊ 3^m
tollitur ſufficiēter contradictio. Unde ſuppoſito
per poſſibile vel impoſſibile: ꝙ ṗma intelligentia
poſſet aliquid cōuertere in preexiſtens: vt oueꝫ in
lupum: videreť ibi neceſſitas ponēdi tam ṗmū .ſ.
actionē productiuā termini ꝙ̄ 3^m .ſ. reſpectū cōſe/
quentē terminū: probabilius tn̄ videť ꝙ ſit ibi ṗ
mū ꝙ̄ 3^m .ſ. reſpectus cōſequēs terminū. ⁋ Quin/
tum dcm̄ fuit iſtud. ꝙ in ꝓductiōe noua aliquādo
nō poniť niſi ṗmū. Pro quo poniť iſta ꝓpoſitio: in
omni ꝓductione ſimpl'r nō apparet neceſſitas po
nendi aliquā aliam rem nouā preter ṗmuꝫ .ſ. ṗter
ṗmaꝫ actionem ꝓductiuā. Ratio huius dicti eſt
iſta: quoniam nō includit contradictionē actionē
nouā eſt ſine nouo termino. Et pono tibi exēpluꝫ
de actione productiua terminata ad aliquid ṗexi
ſtēs: ſicut ſi ṗma intelligētia verteret ouē in lupū
ṗexiſtentē: ibi nihil eſſet ṗciſe nouū niſi actio pro/
ductiua ſeu cōuerſiua ouis in lupū. Et bn̄ diciť il/
la cōuerſio actio ꝓductiua: qꝛ illa actio quātuꝫ eſt
ex ſe eſſet ꝓductiua lupi ⁊ poneret illuꝫ in eſſe niſi
ṗhabuiſſet eſſe. Exemplū etiaꝫ pono tibi de motu
facto in vacuo: in quo nulla realitas eſt noua: niſi
ſola actio motiua actiua ⁊ paſſiua cū nō ſit ibi ali/
quis terminus acquiſitus .ſ. vbi. de quo prolixior
inferius fiet ſmo. ⁋ De 6° dicto qḋ fuit tale. ꝙ in
ꝓductione noua nō poniť aliqḋ nouū niſi 3^m .ſ. re/
ſpectus ꝯñs terminū poniť talis ꝓpō. In omni ꝓ/
ductione noua in qua reſpectus ꝯñs terminū pōt
inferri a pluribus agētibus ſucceſſiue: neceſſario
ṗter reſpectū poniť aliqua alia realitas. Hoc ꝓba
tur cōformiter: ſicut prima ꝓpō formata de 4° di/
cto. Et pono tibi exemplū: ſit aliquis radius vnus
ꝓductus a ſole. Iſte radius hꝫ reſpectū ad ſolem
producentē: cōſeruetť per poſſibile vel impoſſe ra/
dius: ⁊ nō conſeruetť reſpectus: deinde ꝓducať re/
ſpectus in radio: ṗter illū reſpectū neceſſario opꝫ
aliquā realitatē nouā ponere ad vitandū cōtradi
ctionē: quoniā in ṗma ꝓductiōe erat verū dicere:
iſte reſpect⁹ eſt a radio ⁊ ſole effectiue: ſicut a fun/
damēto ⁊ termino: illo aūt reſpectu corrupto ⁊ eo
dem numero iterū reparato: nō eſt verum dicere
iſte reſpcūs ē effectiue a radio ⁊ a ſole: ſicut a fun/
damēto ⁊ a termino: imo iſte reſpectus eſt a ṗma
intelligētia effectiue: ꝰ opꝫ addere aliquā aliā rea
litatē ad verificandū ꝓpōnem. Ex ṗoribus dictis
eſt manifeſtū quid ſit cauſare ⁊ cōſeruare: quid ēt
ibi requiriť vltra inferens ⁊ illatū: ⁊ conſeruans ⁊
rem conſeruatam: ⁊ quid non.

Amplius autem reſtat ꝑſcrutatio de actione ⁊ ꝯſeruatiōe
ꝙ̄tū ad earū idētitatē ſeu diſtinctionē adinuiceꝫ.
Dicamus tn̄ ṗmo qūo ſe hꝫ ipa ꝯſeruatio ad ipſaꝫ
rem cōſeruatā in ſe: ⁊ de hoc ponať talis ꝓpoſitio.
Conſeruatio rei cōſeruabilis ṗciſe ab vno conſer/
uante: nō eſt diſtincta realiter: nec formaliter a re
cōſeruata. Ratio ꝓpōnis ſit talis: qꝛ ſicut in ṗmo
inſtāti terminus ꝓduciť ab agēte: ⁊ abſolutum in
producēte infert abſolutū in effectu preciſe nulla
alia realitate ṗcedēte: nec ſequēte: ſicut fuit dictū
in ṗma ꝓpōne formata de 4° dicto: ſic in 2° inſtā/
ti abſolutū in cauſa infert abſolutū in effectu ṗci/
ſe nullo alio poſito. Simil'r in 3° inſtanti ⁊ in 4° ⁊
in toto tēpore ſequēti abſolutū in cauſa infert ab/
ſolutū in effectu: nullo alio poſito. ⁋ Et ſi queras
qūo poterit res annihilari: cū ꝯſeruare ⁊ ꝯſeruari
nihil ſit. ⁋ Rñdeo tibi ꝙ pro quocūqꝫ inſtanti ꝓ
quo ꝯſeruās nō infert terminū in eſſe poſt eſſe: ter
minus hēbit nō eſſe. Et pono tibi exemplū: ꝓ toto
tempore vſqꝫ ad illud inſtās inferebat agens lapi
deꝫ in eſſe poſt eſſe: ⁊ ſic ꝯſeruabat lapidē: ſꝫ in iſto
inſtanti nō infert ipſuꝫ in eſſe poſt eſſe ⁊ hoc cōtin/
genter ſi eſt ꝯſeruans liberuꝫ: vel neceſſario ſi eſt
agēs nāle: ⁊ hoc ꝓpter impedimētuꝫ ſuperuenięs
vel agēs ꝯtrariuꝫ: vel ꝓpter debilitatē agētis ꝯſer
uantis: aut ꝓpter elōgationē: ergo talis terminus
habebit nō eſſe. Debes eniꝫ diligēter aduertere ⁊
imaginari modū annihilatiōis ⁊ corruptionis: fit
nāqꝫ annihilatio vel corruptio dupliciter: vel ne/
gatiue ſeu ṗuatiue: vel affirmatiue ⁊ poſitiue. Ali/
quid nāqꝫ annihilať negatiue: qꝛ nō ꝯſeruatur ab
agēte a quo poſſet ꝯſeruari: eo mō quo dictū eſt: qꝛ
ꝯſeruans nō ifert illud in eſſe poſt eſſe pro aliquo
inſtāti. Ideo opꝫ ꝙ deſinat eſſe pro illo inſtāti: cuꝫ
nō inferať in eſſe. Secūdo mō aliqḋ annihilať af/
firmatiue vel corrūpiť ab agēte poſitiuo ſic ꝙ agē
te poſito ſtatim terminus deſinit eſſe: non ꝓpter
hoc ꝙ agēs nō inferat illud in eſſe: ſꝫ magis: qꝛ in/
fert illud in nō eſſe. Exēpluꝫ. ignis approximatus
aque corrūpit frigiditatē: nō qꝛ nō ifert illā in eſſe:
